Spec. 1. *Calappa tuberculata. Calappe tuberculé.*

C. Testa verrucosa; angulis posticis dentibus sex crenatis; margine postico obsolete bidentato.

*Calappa tuberculata. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 345.

*Calappe tuberculé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 393.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 13, *fig.* 78.

Habitat in Oceano Australasiæ.

Spec. 2. *Calappa fornicata. Calappe voûté.*

C. Testa angulis posticis rotundatis, integris.

*Calappa fornicata. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 345.

*Calappe voûté. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 394.

*Cancer Calappa. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1048. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 449.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 12, *fig.* 73, 74.

Habitat cum præcedenti.

Spec. 3. *Calappa granulata. Calappe migraine.*

C. Testa tubercula, angulis posticis dentatis; dentibus postremis validis, acutis; margine postico ad basin caudæ subemarginato.

*Calappa granulata. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 346.

*Calappe granuleux. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *pag.* 392, *pl.* 43, *fig.* 1, 2.

*Cancer granulatus. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1043.

*Cancre migraine.* RONDEL. *Hist. des Poiss., liv.* 18, *chap.* 15.
HERBST. *Canc., tab.* 12, *fig.* 72, 76.
Habitat in mari Mediterraneo.

XVII. GENUS. *HEPATUS. Hépate.*
*Calappa*, FABRICII.

*Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus elongato-triangularis, a basi ad apicem sensim angustior et acuminatus.

SPEC. 1. *HEPATUS FASCIATUS. Hépate fascié.*
*Hépate fascié.* LATR. *Hist. des Crust. et des Insect., tom.* 5, *pag.* 388, *pl.* 42, *fig.* 3.
*Calappa angustata.* FAB. *Suppl. entom. system., pag.* 347.
HERBST. *Canc., tab.* 38, *fig.* 2.
Habitat in Americæ Oceano.

OBSERVATIO. Instrumenta cibaria generum, 13 — 16, ut in sequente.

XVIII. GENUS. *CANCER. Crabe.*
*Cancer*, LINN., DE GEER, FAB., LAM. — *Alpheus*, DALDORFF.

*Testa* planiuscula, postice angustata. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus subquadratus, ad apicem interne emarginatus pro sequentis articuli basis insertione.

*I. Testa lata, margine antico sensim in lineam semicircularem arcuato.*

SPEC. 1. *CANCER PAGURUS. Crabe tourteau.*
C. Testa utrinque novem plicata.
*Cancer pagurus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1044. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2028.
*Cancer pagurus.* FAB. *Suppl. entom. system., pag.* 334.

*Crabe pagure.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 365.

*Cancre mœas.* RONDEL. *Hist. des Poiss.*, *liv.* 18, *chap.* 12.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 9, *fig.* 59.

Habitat in Europæ Oceano.

SPEC. 2. *CANCER MÆNAS. Crabe ménade.*

C. Testa læviuscula, utrinque quinque dentata; fronte riloba.

*Cancer mœnas.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1043. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 436. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2026.

*Cancer mœnas.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 334.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 7, *fig.* 46, 47.

Habitat in Europæ Oceano.

*II. Testa cordato-quadrata vel trapeziformis; margine antico subrecto, ad angulos laterales rotundato.*

SPEC. 3. *CANCER SPINIFRONS. Crabe front-épineux.*

C. Testa lævi, utrinque dentata; dentibus secundo tertioque bifidis; fronte manibusque multispinosis.

*Cancer spinifrons.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 339.

*Crabe front-épineux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 370.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 11, *fig.* 65.

Habitat in Oceano Europæ.

ANNOTATIO. Huc referendus Cancer *fluviatilis* Belonis, Rondeleti, generi *Ocypodum* viam parans.

## *II. VIGILES. Vigilans.*

*Testa subcordata quadratave aut orbicularis.*

OBSERVATIO. Articulus tertius caulis interni palporum geminorum et externorum angulo externo marginis superi præcedentis articuli inseritur; clypeus sæpius inflexus; notæ aliæ quibus *cancerides vigiles a canceribus* recedunt.

XIX. GENUS. *OCYPODE. Ocypode.*

*Ocypode*, *DALD.*, *FAB.*, *LAM.* — *Cancer*, *LINN.*, *FABRICII.*

*Oculi* pedunculo elongato, testæ marginis antici medium versus inserti. *Testa* truncato-subcordata vel rhomboida.

SPEC. 1. *OCYPODE VÇA. Ocypode Vça.*

O. Testa truncato-subcordata, lateribus antice abrupte convexis; pedibus hirsutis; tarsis lineis quinque aut sex elevatis, edentulis; manibus supra et infra tuberculato-hispidis.

*Ocypode en cœur. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 37.

*Cancer Vça. LINN. System. nat.*, *edit.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1041.

*Vça-una. PISON. Bras.*, *pag.* 76.

*SEBA. Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 20, *fig.* 4.

*HERBST. Canc.*, *tab.* 6, *fig.* 38.

Habitat in America meridionali.

OBSERV. *Ocypode fossor* noster, *Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 38, *idem juvenis.*

SPEC. 2. *OCYPODE TOURLOUROU. Ocypode Tourlourou.*

O. Testa truncato-subcordata; lateribus antice abrupte convexis; tarsis lineis sex elevatis, serratis; manibus lævibus.

*Ocypode Tourlourou. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 36.

*Cancer ruricola. LINN. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1040.

*Cancer ruricola. FAB. Suppl. entom. system.*, *pag.* 339.

*SEBA. Mus.*, *tom.* 3, *pl.* 20, *fig.* 5.

*HERBST. Canc.*, *tab.* 3, *fig.* 36. — *tab.* 49, *fig.* 1.

Habitat in America meridionali.

SPEC. 3. *OCYPODE CORDATA. Ocypode en cœur.*

O. Testa truncato-subcordata, supra sensim convexa; tarsis lineis quatuor elevatis, serratis.

*Ocypode ruricole.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 35, *pl.* 44, *fig.* 2.

*Cancer cordatus.* LINN. *System. nat.*, *edit.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1039.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 10, *fig.* 37.

Habitat cum præcedentibus.

SPEC. 4. *OCYPODE CERATOPHTHALMA. Ocypode cératophthalme.*

O. Testa rhomboido-quadrata; brachiis granulatis; manibus cordatis; oculorum pedunculis ultra illorum apicem in spinam productis; spina glabra.

*Ocypode ceratophthalma.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 347.

*Ocypode ceratophthalme.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 47, *pl.* 45, *fig.* 1, 2.

*Cancer cursor?* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1038.

*Cancer ceratophthalmus.* PALL. *Spicil. zool*, *fasc.* IX, *pl.* 5, *fig.* 7.

Habitat in maris Indici Orientalis littoribus.

ANNOTATIO. *Cancer vocans* LINNÆI idem ac *ocypode Maracoani*, nobis. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 46.

*Ocypodis* affine *Mictyridis* genus.

## XX. GENUS. *GRAPSUS. Grapse.*

*Grapsus*, LAM. — *Alpheus*, DALD. — *Cancer*, LINN., DE GEER, FABRICII.

*Oculi* pediculo brevi, testæ ex angulis anticis prodeuntes. *Testa* quadrata, depressa. *Antennæ* interiores sub clypeo reflexo absconditæ.

SPEC. 1. *GRAPSUS VARIUS. Grapse mélangé.*

G. Testa postice lateribus plicata, antice ad angulos bidentata; fronte plicis quatuor; brachiis brevibus, digitis apice concavis.

*Grapse*

*Grapse mélangé*, LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 67.

*Cancre madré ?* RONDEL. *Hist. des Poiss., liv.* 18, *ch.* 18.

HERBST. *Canc., tab.* 20, *fig.* 114.

Habitat in mari Mediterraneo, littoribus gallicis. Dom. MARCEL SERRES, Monspessulanus.

SPEC. 2. *GRAPSUS PICTUS. Grapse peint.*

G. Testa postice lateribus plicata, antice ad angulos bidentata; fronte plicis quatuor dentatis; digitis apice concavis; carpis intus valide unidentatis.

*Grapse peint.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 69, *pl.* 47, *fig.* 2.

*Cancer grapsus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1048. — *Amœn. acad., tom.* 4, *tab.* 3, *fig.* 10.

*Cancer grapsus.* FAB. *Suppl. entom. system., pag.* 342.

SEBA. *Mus., tom.* 3, *tab.* 18, *fig.* 5, 6.

HERBST. *Canc., tab.* 3, *fig.* 33; *tab.* 47, *fig.* 7.

Habitat in America Meridionali.

SPEC. 3. *GRAPSUS CRUENTATUS. Grapse ensanglanté.*

G. Testa postice lateribus plicata, ad angulos anticos bidentata; fronte plicis quatuor edentulis; digitis conicis; carpis spinoso-tuberculatis.

*Grapse ensanglanté.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 70.

*Crabe de terre.* DE GEER. *Mém. s. l. insect., tom.* 7, *pag.* 417, *pl.* 25, *fig.* 1.

HERBST. *Canc., tab.* 3, *fig.* 34.

Habitat in America Meridionali.

## XXI. GENUS. *PLAGUSIA. Plagusie.*

*Cancer*, LINN., FAB. — *Grapsus*, LAM. — *Alpheus*, DALDORF.

*Oculi* pedunculo brevi, testæ ex angulis anticis pro-

deuntes. *Testa* quadrata. *Antennæ* interiores in clypei fossulis duabus superis receptæ

Spec. 1. *Plagusia clavimana. Plagusie clavimane.*

P. Depressa ; clypei medio testæque lateribus quadridentatis ; manibus clavatis.

*Seba. Mus., tom.* 3, *tab.* 19, *fig.* 21.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis, Australasiam versus.

Spec. 2. *Plagusia depressa. Plagusie aplatie.*

P. Depressa ; clypei medio duobus, testæ lateribus quinque, dentibus ; tuberculis dorsalibus nudis.

*Cancer depressus. Fab. Suppl. entom. system., pag.* 343.

*Grapse aplati. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 66, *pl.* 47, *fig.* 1.

*Herbst. Canc., tab.* 3, *fig.* 35.

Habitat in maris Mediterraneæ littoribus.

Spec. 3. *Plagusia squamosa. Plagusie écailleuse.*

P. Depressa ; clypei medio duobus, testæ lateribus quinque, dentibus ; tuberculis dorsalibus ciliato-squamosis.

*Grapse squameux. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 73.

*Herbst. Canc., tab.* 20, *fig.* 113.

Habitat.....

Spec. 4. *Plagusia semicylindrica. Plagusie demicylindrique.*

P. Testa elevata, lateribus integerrimis.

*Cancer semicylindricus. Fab. Suppl. entom. system., pag.* 344.

Habitat in Oceano Indico, cum *cancere aurito* Fabricii, forte novi generis.

XXII. Genus. *Pinnotheres. Pinnothère.*

*Cancer, Linn, Fab.* — *Alpheus, Daldorff.*

*Testa* orbiculato - quadrata, aut ovato - orbiculata.

*Palporum* geminorum caules interni basi coaliti. *Animal in conchis bivalvibus degens.*

SPEC. 1. *PINNOTHERES PISUM. Pinnothère pois.*

P. Testa orbiculato-quadrata, molliuscula, rufescente; manibus oblongis; cauda lata.

*Pinnothère pois. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 83.

*Cancer pisum. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1039.

*Cancer pisum. FAB. Suppl. entom. system., pag.* 343.

*SLOAN. Jamaic., tom.* 2, *tab.* 245, *fig.* 1.

*HERBST. Canc., tab.* 2, *fig.* 21.

Habitat in Oceano.

SPEC. 2. *PINNOTHERES MYTILORUM. Pinnothère des Moules.*

P. Testa ovato-orbiculata, antice subangustiore, convexa, solida, albida; manibus ovatis; digitis arcuatis.

*Pinnothère des Moules. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 83, *pl.* 48, *fig.* 1.

*Cancer varians. OLIV. Encycl. méth. hist. nat., tom.* 6, *pag.* 155.

*RONDEL. Hist. des Poiss., liv.* 18, *chap.* 23.

*BAST. subsec.* 2, *pag.* 26, *tab.* 4, *fig.* 1 *et* 2, *A*, *a*.

*HERBST. Canc., tab.* 2, *fig.* 24, 27.

Habitat in Mytilis.

OBSERVATIO. *Cancer minutus*, Linnæi, Fabricii, (*HERBST. Canc., tab.* 2, *fig.* 32.) ad grapsos revocandus ejusque synonimia respuenda.

Canceres, *pinnophylax*, *pinnotheres*, Linnæi, animalia mihi incognita.

## FAMILIA SECUNDA.

### OXYRYNCHI. *OXYRYNQUES.*

*Testa* subovata, vel triangularis: diametro longitu-

dinali transversum superante. *Antennæ* interiores in multis exsertæ.

*I. Pedes omnes tarsis conicis, non natatoriis.*

XXIII. Genus. *Leucosia. Leucosie.*

*Testa* subovata, convexa (plerisque maxima parte læviuscula). *Palpi* gemini externi caulibus æqualibus, angustis; illorum articulo secundo sensim acuminato, testæ marginem anticum attingente. *Antennæ oculique* minuta.

Spec. 1. *Leucosia nucleus. Leucosie noyau.*

L. Clypeo antice bidentato; testæ margine postico bicrenato, spina utrinque parva, supera; brachiis elongatis filiformibus.

*Leucosia nucleus.* Fab. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 351.

*Leucosie noyau.* Latr. *Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 115.

*Cancer nucleus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1042.

*Cancer macrochelos.* Aldrov. *Crustat.*, *lib.* 2, *cap.* 23.

Herbst., *Canc.*, *tab.* 2, *fig.* 14.

Roem. *Gener. insect.*, *tab.* 31, *fig.* 3.

Habitat in mari Mediterraneo.

Spec. 2. *Leucosia craniolaris. Leucosie craniolaire.*

L. Testa granulata, antice supra depressa, margine postico crenulato, spinis nullis; clypeo medio unidentato; brachiis infra verrucosis; manibus cylindricis, compressis; digitis conicis, latere interno acuto, dentato.

*Leucosia craniolaris.* Fab. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 350.

*Leucosie craniolaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 117.

*Cancer craniolaris.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1041. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 431.

*Rumph. Mus.*, *tab.* 10, *fig. A*, *B.*

*Seba. Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 19, *fig.* 10.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 2, *fig.* 17.

Habitat ad littora Malabarica.

XXIV. Genus. *Maja. Maïa.*

*Maja, Lam.—Cancer, Linn.—Inachus, parthenope, Dald., Fabricii.*

*Testa* subtriangularis (plerumque scabra et antice rostrata). *Palporum* geminorum externorum caulis internus articulis duobus baseos latis. *Oculi* intervallo distantes. *Pedes* consimiles; postici nec minuti, nec spurii.

*I. Brachia crassissima, ad angulum rectum extensa, manibus illorum lateri antico subparallele incumbentibus.*

Spec. 1. *Maja horrida. Maïa horrible.*

M. Testa spinosa, superficie valde inæquali; cauda cariosa; manibus ovatis.

*Maïa horrible. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 106, *pl.* 49, *fig.* 2.

*Cancer horridus*, *Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1047. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 442.

*Parthenope horrida. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 353.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 14, *fig.* 88.

Habitat in Oceano Asiatico.

*II. Brachia haud crassissima, porrecta.*

1. *Pedes paris secundi nec corpore triplo longiores, nec graciles.*

Spec. 2. *Maja squinado. Maïa squinado.*

M. Testa muricata; fronte spinis duabus, latere singulo sex, elongatis, conicis; brachiis pedibus duobus sequentibus vix longioribus; manibus cylindricis, lævibus; digitis edentulis.

*Maïa squinado.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 93.

*Cancer maja.* SCOP. *Entom. carn.*, *n°.* 1126.

*Cancer spinosus.* OLIV. *Encycl. méth. hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 173.

*Pagurus venetorum*, *mas et femina ; cancer maja.* ALDROV. *Crustat. lib.* 2, *cap.* 18.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 18, *fig.* 2, 3.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 14, *fig.* 84, 85, *junior.*

Habitat in mari Mediterraneo.

ANNOTATIO. *Cancer cornutus* Linnæi idem forte, junior, ut descriptione (*Mus. Lud. Ulricæ*) constare videtur. *Cancer araneus* ejusdem idem ac *cancer Bufo* Domini Herbst.

SPEC. 3. *MAJA ARMATA. Maïa armé.*

M. Testa elongato-trigona, gibbis dorsalibus, tomentosa, postice tridentata ; clypeo spinis duabus, validis, porrectis ; manibus elongatis.

*Maïa armé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 98.

*Cancer hirsutus minor.* ALDROV. *Crust.*, *lib.* 2, *cap.* 19.

PLANC. *Conc. app.*, *tab.* 4, *B.*

HERBST. *Canc.*, *tab.* 16, *fig.* 92.

*Inachus opilio ?* FAB. *Supp. entom. system.*, *pag.* 356.

Habitat in mari Mediterraneo.

OBSERVATIO. Accedit *canceri muscoso* Linnæi. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1045.

2. *Pedes paris secundi corpore triplo longiores*, *graciles.*

SPEC. 4. *MAJA SAGITTARIA. Maïa sagittaire.*

M. Rostro longissimo, utrinque serrato ; pedibus spinosulis ; brachiis elongatis.

*Inachus sagittarius.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 359.

*Macrope sagittaire.* LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom* 6, *pag.* 112.

Habitat in insula *Guadeloupe.*

XXV. Genus. *Macropus. Macrope.*

*Cancer, Linn. — Inachus, Fabricii.*

*Testa* subtriangularis (inæqualis et antice rostrata). *Palpi* gemini externi, angusti, porrecti; articulo secundo caulis interni elongato. *Oculi* distantes. *Pedes* consimiles; postici nec minuti, nec spurii.

Spec. 1. *Macropus longirostris. Macrope long-bec.*

M. Testa pubescente, antice spinis tribus erectis; postice tuberculis obtusis; rostro bifido.

*Macrope long-bec. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 110.

*Cancer dodecos. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1046.

*Inachus longirostris. Fab. Suppl. entom. system., pag.* 358.

*Vill. Entom., tom.* 4, *pag.* 145, *tab.* 11, *fig.* 12.

*Rondel. Hist. des Poiss., liv.* 18, *chap.* 24.

*Seba. Mus., tom.* 3, *tab.* 20, *n°.* 13.

Habitat in mari Mediterraneo.

Observatio. *Cancer tribulus* Linnæi (*Herbst, tab.* 16, *fig.* 90). Habitu quamvis *generi* affinis, *maja* tamen instrumentorum cibariorum forma. Testa obcordata, nec antice valde attenuata et elongato-bifida, ut in *macropode* præcedenti; oculi angulo prominulo tecti; manus ovatæ, læves.

XXVI. Genus. *Lithodes, Lithode.*

*Cancer, Linn. — Inachus, Dald., Fab. — Maja, Lamarck.*

*Testa* subtriangularis (inæqualis, antice rostrata). *Palpi* gemini externi caulibus subcylindricis, angustis. *Oculi* sub rostro approximati. *Pedes* postici minuti, spurii.

Spec. 1. *Lithodes arctica, Lithode arctique.*

*Cancer maja.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1046. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2031.

*Inachus maja.* Fab. *Suppl. entom. system., pag.* 358.

*Maïa Araignée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 91, *pl.* 48, *fig.* 2.

Seba. *Mus., tom.* 3, *tab.* 18, *n°.* 10, *et tab.* 22, *fig.* 1.

Herbst. *Canc.*, *tab.* 15, *fig.* 87.

Habitat in Oceano Norwegico.

Annotatio. Generi *Parthenope* a clarissimo Fabricio errore calami etiam adjecta.

XXVII. Genus. *Corystes, Coryste.*

*Albunea*, Fab. — *Cancer*, Herbst.

*Testa* subovata. *Antennæ* exteriores porrectæ, corporis longitudine. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus secundus elongatus, sensim versus apicem angustatus.

Spec. 1. *Corystes dentatus, Coryste denté.*

*Coryste denté.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 122.

*Albunea dentata.* Fab. *Suppl. entom. system., p.* 398.

Herbst. *Canc.*, *tab.* 12, *fig.* 72, *mas, et fig.* 71, *femina.*

Habitat in Oceano Europæ.

Observatio. *Cancer Cassilaunus* Pennant, *Corystes longimanus* nobis, *mas.*

XXVIII. *Mictyris, Mictyre.*

*Testa* subovata, postice truncata, elevata. *Antennæ* brevissimæ. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus baseos amplissimus. *Brachia* ad carpi basin geniculato-inflexa.

Spec.

SPEC. 1. *MICTYRIS LONGICARPUS. Mictyre long-carpe.*

Corpus subovatum, crassum, antice paulo angustius, postice truncatum, pallide flavescens, molle, novem circiter lineas longum. Testa lineis duabus longitudinalibus, impressis, dorsalibus; margine antico medio inflexo, rotundato, ut in *Ocypodis*, angulis lateralibus et externis, pone oculos, in dentem prominulis; margine postico pilis brevibus, nigris, ciliato. Oculi globosi, pediculo parvo, sub testæ margine antico, transverse recipiendi, ut in *Ocypodis*. Brachia porrecta, inflexa; articulo secundo baseos interne valide unidentato; sequenti trigono, apice infero denticulis tribus; carpo elongato, fere obconico-triquetro, subarcuato, interne villosulo; manu brevi, valde compressa, lineis elevatis; digitis elongatis, gracilibus; pollice valide unidentato. Pedes alii corpore duplo longiores sub verticaliter a basi ad medium longitudinis erecti, deinde inflexi, compressi, tarsis sulcatis, compressis : paribus primo secundoque longioribus, subæqualibus.

In Oceano Indiæ orientalis, e Museo Hist. natur. gallico.

## XXIX. GENUS. *DORIPPE. Dorippe.*

*Dorippe, DALD., FAB., LAM. — Cancer, LINNÆI.*

*Testa* subovata, depressa, antice angustior, truncata. *Pedes* quatuor postici dorsales, prehensiles, articulis duobus ultimis brevioribus.

SPEC. 1. *DORIPPE QUADRIDENS. Dorippe à quatre dents.*

D. Clypei medio, dentibus quatuor, lateralibus brevioribus; testæ lateribus ad medium unidentatis; femoribus quatuor anticis subdentatis.

*Dorippe quadridens. FAB. Suppl. entom. system., pag.* 361.

*Dorippe à quatre dents. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 125.

*Cancer lanatus. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1044.

*Cancer hirsutus et alius prone et supine.* ALDROV. — *Crust.*, *lib.* 2, *cap.* 19.

PLANC. *Conc.*, *tab.* 5, *fig.* 1.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 11, *fig.* 67.

Habitat in mari Mediterraneo.

*II. Pedes aliqui saltem natatorii, articulo ultimo compresso, foliaceo.*

XXX. GENUS. *ORITHYIA. Orithyie.*

*Orithyia*, DALD., FABRICII.

*Pedes* duo postici tantum natatorii.

SPEC. 1. *ORITHYIA MAMILLARIS. Orithyie mamelonnée.*

*Orithyia mamillaris.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag* 363.

*Orithyie mamillaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *p.* 130, *pl.* 50, *fig.* 3.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 18, *fig.* 101.

Habitat in Oceano Indico.

XXXI. GENUS. *MATUTA. Matute.*

*Matuta*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, DE GEER.

*Pedes* omnes, duobus anticis brachiisve exceptis, natatorii, in eadem linea horizontali inserti.

SPEC. 1. *MATUTA VICTOR. Matute vainqueur.*

M. Testa undique punctata, postice non striata.

*Matuta victor.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 369.

*Matute vainqueur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 24, *pl.* 44, *fig.* 1.

*Crabe à pattes plates.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 425, *pl.* 26, *fig.* 4, 5.

RUMPH. *Mus.*, *tab.* 7, *fig.* S.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 20, *fig.* 10, 11.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 6, *fig.* 44; *tab.* 48, *fig.* 6.

Habitat in Oceano Indico.

XXXII. Genus. *Ranina. Ranine.*

*Ranina*, Lam. — *Albunea*, Fab. — *Cancer*, Linnæi.

*Pedes* omnes, duobus anticis brachiisve exceptis, natatorii; paria duo aliis duobus superposita. *Manus* monodactylæ, digito arcuato (subfalcato).

Spec. 1. *Ranina serrata. Ranine dentée.*

R. Brachiis valide dentatis; testæ margine antico lobis dentatis.

*Ranine dentée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 133, *pl.* 51, *fig.* 1.

*Cancer raninus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1039. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 430.

*Cancer raninus.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 438.

Ejusd. *Albunea scabra? Suppl. entom. system.*, *pag.* 398.

Rumph. *Mus.*, *tab.* 7, *fig.* T. V.

Herbst. *Canc.*, *tab.* 22, *fig.* 1.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis.

Spec. 2. *Ranina dorsipes. Ranine dorsipède.*

R. Testæ margine antico septem dentato; manibus dentibus exiguis.

*Ranine dorsipède.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *p.* 133.

*Cancer dorsipes.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1053. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 452.

*Albunea dorsipes.* Fab. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 397.

Rumph. *Mus.*, *tab.* 10, *fig.* 3.

Habitat in Oceano Indico et Australi.

# TRIBUS SECUNDA.

## MACROURI. *MACROURES.*

*Exochnata, (classis) Fabricii.*

## FAMILIA TERTIA.

### PAGURII. *PAGURIENS.*

*Appendices foliaceæ*, aut lamellæ, caudæ apicis lateraliter insertæ, ab appendice illius media et terminali distantes, nec cum illa in flabellum conniventes.

*I. Antennæ interiores pedunculo setis duabus articulatis apicis multo breviore. Pedes aliqui natatorii, articulove ultimo compresso, foliaceo. Manus digito nullo aut unico.*

XXXIII. Genus. *Albunea. Albunée.*

*Albunea, Dald., Fab., Lam. — Cancer, Linnæi.*

*Manus* monodactylæ, digito uncinato. *Pedes* postici minuti, filiformes, spurii; cæteri articulo ultimo compresso, falcato.

Spec. 1. *Albunea symnista. Albunée symniste.*

A. Testa antice serrata.

*Albunea symnista. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 397.

*Albunée symniste. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *p.* 172, *pl.* 51, *fig.* 4.

*Cancer symnista. Linn. System. nat.*, *ed* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1053. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 453.

*Herbst Canc.*, *tab.* 22, *fig.* 1.

Habitat in Oceano Indico.

XXXIV. Genus. *Remipes. Remipède.*

*Hippa? Fabricii.*

*Brachia* pedum sequente pari breviora, digito apicali unciformi; istorum tarsi compressi, conici. *Pedes* cæteri natatorii, consimiles.

Spec. 1. *Remipes testudinarius. Remipède tortue.*

*Hippa adactyla. Fab. Suppl. entom. system., pag.* 370?

*Herbst. Canc., tab.* 22, *fig.* 4?

Testa pollicis longitudine, subovalis, rubescente-flavescens, subtiliter rugosula, margine antico dentibus quinque, tribus internis, medio præsertim, brevioribus. Oculi pediculo tenui, cylindrico, sub dentibus lateralibus inserti. Antennæ mediæ superæ, subrecurvæ, pilis ciliatæ, pedunculo crasso; exteriores sub præcedentibus inflexæ, pedunculo squamatim-articulato, caule duplici, elongato, hirsutissimo. Cauda segmento baseos aliis multo latiore, lineis impressis, transversis; ultimo magno, elongato-triangulari.

Habitat in Oceano Australasiæ.

XXXV. Genus. *Hippa. Hippe.*

*Hippa, Fab., Lam. — Emerita, Gronov. — Cancer, Linnæi.*

*Brachia* manu compressa, ovata, adactyla *Pedes* secundi tertiique paris tarso lunato, quarti trigono; postici minuti, filiformes, spurii.

Spec. 1. *Hippa emeritus. Hippe émérite.*

H. Cauda inflexa, articulo ultimo ovato.

*Hippa emeritus. Fab. Suppl. entom. system., pag.* 370.

*Hippe émérite. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *p.* 176, *pl.* 52, *fig.* 1.

*Cancer emeritus. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1055.

*Emerita Gronov. Zooph, n°.* 1000, *tab.* 17, *fig.* 8, 9.

*Petiv. Pereg.*, *tab.* 20, *fig.* 9.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 22, *fig.* 3.

Habitat in mari Indico.

*II. Antennæ interiores pedunculo setis duabus articulatis apicis longiore. Pedes haud natatorii, tarsis conicis. Manus didactylæ.* (*Animalia parasitica, conchas univalves incolentia; cauda molli.*)

XXXVI. Genus. *Pagurus. Pagure.*

*Pagurus*, *Dald.*, *Fab.*, *Lam.* — *Cancer*, *Linn.* — *Astacus*, *de Geer.*

Spec. 1. *Pagurus Bernhardus. Pagure Bernard.*

P. Brachiis pilosis, muricatis, dextro majore; manibus subcordatis, digitis latis; antennarum exteriorum pedunculo appendice elongato.

*Pagurus Bernhardus. Fab. Suppl. entom. system.*, *p.* 411.

*Pagure Bernard. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 160.

*Cancer Bernhardus. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1049. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 454. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2032.

*Ecrevisse Bernard l'ermite de Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 405, *pl.* 23, *fig.* 5, 6.

*Rondel. Hist. des Poiss.*, *liv.* 17, *chap.* 21.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 22, *fig.* 6.

Habitat in Oceano Europæ, conchas univalves, vacuas, Helices Linnæi præsertim, inhabitans; crescens domum mutat.

## FAMILIA QUARTA.

### PALINURINI. *LANGOUSTINES.*

*Appendices foliaceæ* (aut lamellæ) laterales caudæ apicis, cum intermedia conniventes, pinnam natatoriam

et flabelliformem efformantes. *Antennæ* interiores pedunculo setis articulatis apicis longiore.

*I. Pedes duo antici aliis fere consimiles, majores tantum, articulo ultimo conico; manibus didactylis nullis. Antennæ exteriores pone oculos haud insertæ.*

XXXVII. Genus. *Scyllarus. Scyllare.*

*Scyllarus, Fab., Dald., Lam. — Cancer, Linnæi.*

*Antennæ* exteriores articulis latissimis, squamiformibus, cristam æmulantes. *Oculi* distantes.

Spec. 1. *Scyllarus Latus. Scyllare large.*

S. Testa granulata; articulo squamiformi antennarum externarum apicis margine integro.

*Scyllare large. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 182.

*Rondel. Hist. des Poiss., liv.* 18, *chap.* 5.

*Gesner, Hist. anim., tom.* 3, *pag.* 1097.

Habitat in mari Mediterraneo; parum differt a S. australi Fabricii.

Spec. 2. *Scyllarus Arctus. Scyllare Ours.*

S. Antennis exterioribus, cristisve, valde dentatis; testa supra trifariam dentata; marginis antico medio appendicibus nullis squamiformibus; segmentorum abdominis lateribus edentulis.

*Scyllarus Arctus. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 477. — *Suppl. entom. system., pag.* 398.

*Scyllare Ours. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 180.

*Cancer Arctus. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1053. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2040.

*Rondel. Hist. des poiss., liv.* 18, *chap.* 6,

*Roem. Gener. Insect.*, *tab.* 32, *fig* 3.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 30, *fig.* 3.

Habitat in Oceano Europæ.

XXXVIII. Genus. *Palinurus. Langouste.*

*Palinurus*, *Dald.*, *Fab.*, *Lam.* — *Cancer*, *Linnæi.*

*Antennæ* externæ setaceæ (longissimæ, aculeatæ). *Oculi* pedunculo communi transverso.

Spec. 1. *Palinurus vulgaris. Langouste commune.*

P. Spinis superocularibus subtus dentatis; segmentis abdominis sulco transverso, medio interrupto.

*Palinurus quadricornis. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 401.

*Langouste commune. Latr. Annal. du Mus. d'Hist. nat.*, *cah.* 17, *pag.* 391.

— Ejusd. *Langouste quadricorne. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 193.

*Ecrevisse langouste. Oliv. Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 343.

*Rondel. Hist des poiss.*, *liv.* 18, *chap.* 1.

*Petiv. Mus.*, *tab.* 154, *n°.* 5.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 29, *fig.* 1.

Habitat in mari Mediterraneo.

*II. Pedes duo antici a sequentibus forma diversi, brachia manibus didactylis, referentes; postici minuti. Antennæ exteriores pone oculos insertæ.*

XXXIX. Genus. *Porcellana. Porcellane.*

*Porcellana*, *Lam.*, *Bosc.* — *Cancer*, *Linn.*, *Fabricii.*

*Testa* suborbiculato-quadrata. *Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus baseos planus, latere interno dilatatus (1).

---

(1) In *Porcellanis Galatheisque* lamina media caudæ sulco longitudinali in duo divisa, vel margine postico emarginato.

Spec.

SPEC. 1. *PORCELLANA HEXAPUS. Porcellane à six pattes.*

P. Testæ margine antico dentibus tribus crenatis, medio emarginato; chelis glabris.

*Porcellane hexape. BOSC. Hist. des Crust., tom. 1, pag. 233.*

*Porcellane à six pattes. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 75.*

*Cancer hexapus. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1039.*

*Cancer hexapus. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 445.*

*HERBST. Canc., tab. 47, fig. 3, C.*

Habitat in Oceano Europæ.

OBSERVATIO. P. *Longicornis (cancer longicornis, LINN.)* clypei dente medio integro, chelis striatis, ab illa solum differt. vide *HERBST. Canc., tab. 47, fig. 4, D.*

SPEC. 2. *PORCELLANA PLATYCHELES. Porcellane large-pince.*

P. Testæ margine antico dentibus tribus integris; chelis maximis; carpis interne denticulatis; manibus extus ciliatis.

*Porcellane large-pince. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 6, pag. 75, pl. 47, fig. 3, 4.*

*Crabe large-pince. OLIV. Encycl. meth. Hist. nat., tom. 6, pag. 155.*

*PENNANT. Brit. zool., pag. 6, tab. 6, fig. 12.*

*HERBST. Canc., tab. 2, fig. 26. — tab. 47, fig. 2, B.*

Habitat in Oceano Europæ.

## XL. GENUS. *GALATHEA. Galathée.*

*Galathea, FAB., DALD., LAM. — Cancer, LINN. — Astacus, DE GEER.*

*Testa ovata. Palporum* geminorum externorum caulis interni articulus baseos nec planus, nec latere interne dilatatus.

SPEC. 1. *GALATHEA STRIGOSA. Galathée striée.*

G. Testa antrorsum rugosa, spinis ciliata; rostro acuto, septem dentato.

*Galathea strigosa.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 471. —*Suppl. entom. system.*, *pag.* 414.

*Galathée striée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 198, *pl.* 53, *fig.* 2.

*Cancer strigosus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1052. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2036.

*Ecrevisse striée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 593, *pl.* 23, *fig.* 1.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 19, *fig.* 19, 20.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 26, *fig.* 2.

Habitat in Oceano Europæ.

## FAMILIA QUINTA.

### ASTACINI. *HOMARDIENS.*

*Appendices foliaceæ* (aut lamellæ) laterales caudæ apicis cum intermedia conniventes, pinnam natatoriam et flabelliformem efformantes. *Antennæ interiores* pedunculo setis articulatis apicis breviore.

### *I. Manus didactylæ.*

1. *Antennæ sub oculis insertæ (aut interiores) setis articulatis duabus.*

XLI. GENUS. *ASTACUS. Ècrevisse.*

*Astacus*, GRONOV., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Cancer*, LINN., GEOFFROI.

*Palporum* geminorum externorum caulis interni articuli baseos crassi, angulati. *Antennæ* in eadem fere linea horizontali transversaque insertæ; exteriorum pedunculo squama nulla suffulto, aut squama parva. *Pedes* sex antici didactyli; priores duo maximi. *Tabella media pinnæ natatoriæ caudæ apice basi latiore aut paululum angustiore.*

SPEC. 1. *ASTACUS MARINUS. Ecrevisse Homard.*

A. Testa haud cælata ; rostro manibusque dentatis.

*Astacus marinus.* FAB. *Entom. system. tom.* 2, *pag.* 478. — *Suppl. entom. system., pag.* 406.

*Ecrevisse Homard.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 233.

*Cancer Gammarus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1050. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2033.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, *liv.* 18, *chap.* 2.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 25.

Frequens in Oceano.

SPEC. 2. *ASTACUS FLUVIATILIS. Ecrevisse de rivière.*

A. Testa haud cælata ; rostro dentato ; manibus tuberculis crassis dentibusque nullis.

GRONOV. *Zooph.*, *n°.* 977.

*Ecrevisse de rivière.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 365, *pl.* 20, *fig.* 1.

*Astacus fluviatilis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 478. — *Suppl. entom. system.*, *pag.* 406.

*Ecrevisse de rivière.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 235.

*Cancer Astacus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *pars* 2, *pag.* 1051. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2034.

*L'Ecrevisse.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 666.

RŒS. *Insect.*, *tom.* 3, *tab.* 54 — 57.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 23, *fig.* 9.

Habitat in Europæ rivis, fluviis.

XLII. GENUS. *THALASSINA. Thalassine.*

*Astacus?* FABRICII.

*Palporum* geminorum externorum caulis interni articuli baseos crassi, angulati. *Antennæ* in eadem fere linea insertæ, exteriorum pedunculo squama nullo suffulto, aut squama parva. *Pedes* quatuor antici didactyli;

priores duo maximi. *Tabella media pinnæ natatoriæ caudalis apice basi paulo minus angustiore.*

Spec. 1. *Thalassina scorpionides. Thalassine scorpionide.*
*Astacus scaber ? Fab. Suppl. entom. system., pag.* 407.

Corpus magnitudine *Astaci fluviatilis.* Testa ovata, lateribus compressa, spinulis scabra; dorso lineis duabus impressis, longitudinalibus, una utrinque, ad marginem posticum convergentibus, ante medium lineam alteram profundius impressam, suturamve, arcuatam, includentibus; rostro antico brevi, triangulari, lateraliter marginato, marginibusque postice in lineam elevatam productis; lineolis duabus elevatis, præcedentibus parallelis, denteque antice terminatis, uno utrinque; lateribus medium versus impressione arcuata, cum serie denticulorum fimbriaque pilosa; margine postico cruciatim impresso, sinuque semicirculari, carina producta secato. Cauda testa paulo longior, multo angustior, subcylindrica; segmentis sex, ( ultimo sive pinnato, non computato ) supra valde convexis, marginibus lateralibus dilatatis, rotundatis, marginatis, margine crenato; quinque primis utrinque carina elevata, sensim delenda, in primis crenata, in aliis punctata; septimo subconico, appendicibus geminis, angustis, sublinearibus, acutis, una utrinque. Pedes compressi, marginibus superis et inferis denticulatis, in paribus quatuor anticis pilose fimbriatis; brachio dextro majore; manibus subovatis, granulatis, supra et infra denticulatis, hirsutis, carinis duabus denticulatis superis; pollice compresso, conico-elongato, striato; digito infero parvo, e productione dentiformi manus aciei inferæ efformato; pedibus secundi paris fere conformibus. Palpi geminati externi caule interno porrecto, elongato, pilis elongatis hirsuto.

E Museo Historiæ naturalis Gallico.

## XLIII. Genus. *Alpheus. Alphée.*

*Alpheus, Fab. — Crangon, Daldorff.*

*Palporum* geminorum externorum caulis internus mem-

branaceus aut filiformis. *Antennæ* exteriores interioribus mediisve inferæ, squama magna (sæpius ad apicem externe unidentata) pedunculo annexa. *Pedes* quatuor antici didactyli; carpi secundi paris articulati. *Tabella media pinnæ natatoriæ caudalis elongato-subtriangularis, apice basi multo angustiore.*

*I. Pedum par anticum secundo majus.*

Spec. 1. *Alpheus avarus. Alphée avare.*

A. Chelis inæqualibus, difformibus; rostro brevi, subulato.

*Alpheus avarus.* Fab. *Suppl. entom. system*, *pag.* 404.

*Alphée avare.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 144.

Gronov. *Zooph.*, *n°.* 988., *tab.* 17, *fig.* 6?

*II. Pedum par secundum antico majus.*

Spec. 2. *Alpheus flavescens. Alphée jaunâtre.*

A. Totus flavescens.

*Herbst.*, *tab.* 27, *fig.* 3?

Habitat in Indiæ Orientalis Oceano: e Museo Historiæ naturalis Gallico.

Spec. 3. *Alpheus marmoratus. Alphée marbré.*

A Pallide rufescens, rubro marmoratus.

*Herbst.*, *tab.* 42, *fig.* 4?

Habitat in Indiæ Orientalis Oceano: e Museo Historiæ naturalis Gallico.

Observatio. Congener crustaceum Seba, *Thes.*, *tom.* 3, *tab.* 21, *n°.* 7.

### XLIV. Genus. *Penæus. Penée.*

*Penæus*, *Dald.*, *Fab.*, *Bosc.*

*Palporum* geminorum externorum caulis internus membranaceus, filiformis. *Antennæ* exteriores interioribus mediisve inferæ, squama magna (sæpius ad apicem externe unidentata) pedunculo annexa. *Pedes* sex antici

didactyli ( par primum brevius ). *Tabella media pinnæ natatoriæ caudalis elongato-subtriangularis, apice basi multo angustiore.*

Spec. 1. *Penæus monodon. Penée monodon.*

P. Rostro porrecto, ascendente, supra serrato, subtus tridentato. *Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 408.

*Penée monodon. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 249.

2. *Antennæ sub oculis insertæ* ( *aut interiores*) *setis articulatis tribus.*

### XLV. Genus. *Palæmon. Palémon.*

*Palæmon, Dald.*, *Fab.*, *Lam.* — *Cancer*, *Linnæi.*

Spec. 1. *Palæmon squilla. Palémon Squille.*

P. Brachiis rostro testæ vix longioribus, manibus ovato-cylindricis, digitis illarum longitudine; rostro antennarum mediarum pedunculo longiore, supra septem dentato, apice ascendente, producto.

*Palæmon Squilla. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 403.

*Palémon Squille. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *p.* 257, *pl.* 54, *fig.* 2.

*Cancer Squilla. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1051. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2037.

*Rondel. Hist. des Poiss.*, *liv.* 18, *chap.* 7.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 27, *fig.* 1.

Habitat in Oceano Europæ.

## *II. Manus monodactylæ.*

### XLVI. Genus. *Crangon. Crangon.*

*Crangon*, *Fab.*, *Lamarck.*

Spec. 1. *Crangon vulgaris. Crangon vulgaire.*

C. Testa lævi; rostro brevi, edentulo.

*Crangon vulgaris.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 410.

*Crangon vulgaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 267, *pl.* 55, *fig.* 1, 2.

*Cancer Crangon.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1052. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2038.

RŒS. *Insect.*, *tom.* 3, *tab.* 63, *fig.* 1, 2.

BAST. *Subs.*, *tom.* 2, *p.* 27, *tab.* 3, *fig.* 1, 2.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 29, *fig.* 3, 4.

Habitat in Oceano Europæ.

## ORDO SECUNDUS.

### BRANCHIOGASTRA. *BRANCHIOGASTRES.*

## FAMILIA PRIMA.

### SQUILLARES. *SQUILLIARES.*

*Oculi* pediculo impositi. *Segmentum* corporis caput subsequens majus, thoracicum.

XLVII. GENUS. *SQUILLA. Squille.*

*Squilla*, RONDEL., DE GEER., OLIV., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Antennæ* interiores setis articulatis tribus. *Brachia* duo, magna. *Pedes* decem, manu unguiculata; sex alii mutici.

SPEC. 1. *SQUILLA MANTIS. Squille Mante.*

S. Corpore supra lineis plurimis elevatis longitudinalibus; pollicibus sex dentatis.

*Squille Mante.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 533, *pl.* 34, *fig.* 1.

*Squilla Mantis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 511. — *Suppl. entom. system.*, *pag.* 416.

*Squille Mante.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 278, *pl.* 55, *fig.* 3.

*Cancer Mantis*. LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1054 — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2035.

RONDEL. *Hist. des Poiss.*, *liv.* 18, *chap.* 10.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 3, *tab.* 20, *fig.* 2, 3.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 33, *fig.* 1.

Habitat in mari Mediterraneo et Asiatico.

XLVIII. GENUS. *MYSIS*. *Mysis*.

*Cancer*, *OTH. FABRICII.*

*Antennæ* interiores setis articulatis duabus. *Brachia* parva. *Pedes* duodecim apice unguiculati; totidem natatorii.

SPEC. 1. *MYSIS SALTATORIUS*. *Mysis sauteur*.

*Cancer pedatus*. *OTH. FAB. Faun. Groenl.*, *n°.* 221.

Habitat in mari Groenlandico.

ANNOTATIO. Genus auctoritate Oth. Fabricii, non examine proprio, institutum, de novo elaborandum. Consule *historiam nostram Crustaceorum et Insectorum*, *tom.* 6, *pag.* 282.

## FAMILIA SECUNDA.

GAMMARINÆ. *Crevettines*.

*Oculi* sessiles. *Segmentum* corporis caput excipiens aliorum magnitudine.

XLIX. GENUS. *PHRONIMA*. *Phronime*.

*Cancer*, *FORSKAL.*

*Pedes* decem (1); tertio pari longiore, manibus didactylis.

SPEC. 1. *PHRONIMA SEDENTARIA*. *Phronime sédentaire*.

*Phronime sédentaire*. LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom* 6, *pag.* 289.

---

(1) Quatuordecim in familiæ aliis generibus.

Cancer

*Cancer sedentarius.* FORSK. *Faun. Arab., pag.* 95.

HERBST. *Canc., tab.* 36, *fig.* 8.

In mari Mediterraneo, domum cubico-ventricosam, gelatinosam, rugosam, rigidam, utroque extremo perviam, *Beroe* forte cadaver, inhabitans; hic residet incurva, situm sæpe mutans; cunis illis ova deponit pullosque excludit.

Animal forma, habitationisque architectura singulare; benevolentissime communicavit celeberrimus zootomiæ professor Cuvier.

FIGURARUM EXPLICATIO.

*Tab. II, fig.* 2. *Phronima sedentaria*, magnitudine naturali, a latere visa.

*a, a.* Pedes didactyli

*fig.* 3. Animalis domus.

L. GENUS. *TALITRUS. Talitre.*

*Talitrus, Bosc.* — *Cancer, LINN.* — *Oniscus, PALL.* — *Gammarus, FABRICII.*

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antennæ* indivisæ; superæ (mediæve) inferiorum (externarum) pedunculo breviores; seta articulata et apicalis omnibus. *Pedes* secundi paris soli manu ungue valido, mobili, (*pollice*) instructa.

SPEC. 1. *TALITRUS GAMMARELLUS. Talitre Gammarelle.*

T. Chelis magnis; pedibus posticis basi foliaceis.

*Talitre Gammarelle.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 300.

*Cancer Locusta.* SCOP. *Entom. carniol., n°.* 1136.

GRONOV. *Zooph., n°.* 990.

*Oniscus Gammarellus.* PALL. *Spicil. zool., fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 8.

BAST. *Opusc. subs., tom.* 2, *lib.* 1, *pag.* 31, *tab.* 3, *fig.* 7, 8.

Habitat in Oceano Europæ. *Talitrus Gryllus* Boscii, *Hist. nat. des Crust., tom.* 2, *pag.* 152, *pl.* 15, *fig.* 2, *an distinctus?*

Spec. 2. *Talitrus Locusta. Talitre Sauterelle.*

T. Chelis parvis.

*Talitre Sauterelle.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 299.

*Cancer Locusta.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1055. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2042.

*Oniscus Locusta.* Pall. *Spicil. zool., fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 7.

*Gammarus Locusta.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 516.

Habitat in Oceano Europæ.

LI. Genus. *Gammarus. Crevette.*

*Gammarus*, Fab., Lam. — *Cancer*, Linn., Geoff. — *Squilla*, Gronov., de Geer. — *Oniscus*, Pallas.

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antennæ* superæ (mediæve) longiores; pedunculi articulo tertio seta parva. *Pedes* quatuor antici manu, ungue valido, mobili, (*pollice*) instructa.

Spec. 1. *Gammarus pulex. Crevette Puce.*

*Crevette Puce.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 316, *pl.* 57, *fig* 1.

*Gammarus Pulex.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *p.* 516.

*Cancer Pulex.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1055. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2041.

*La Crevette des ruisseaux.* Geoff. *Hist des Insect., tom.* 2, *pag.* 667, *pl.* 21, *fig.* 6.

*Squille Puce.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 525, 33, *fig.* 1, 2.

*Ræs. Insect., tom.* 3, *tab.* 62.

Habitat in rivis, fontibus Europæ.

LII. Genus. *Corophium.* Corophie.

*Cancer*, Linn. — *Astacus*, Gronov. — *Oniscus*, Pall. — *Gammarus*, Fabricii.

*Cauda* appendicibus articulatis, subcylindricis. *Antennæ* inferæ crassissimæ, articulis quinque, seta nulla articulata apicali. *Pedes* duo antici manu parva (ungue mobili, *pollice*, instructa.)

SPEC. 1. *COROPHIUM LONGICORNE. Corophie longicorne.*

*Cancer grossipes.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1055.

GRONOV. *zooph., n°.* 989, *tab.* 17, *fig.* 7.

*Oniscus volutator.* PALL. *Spicil. zool., fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 9.

*Gammarus longicornis.* FAB. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 515.

*Crevette longicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 318.

Habitat in Oceano Europæ; donavit Jurine, filius.

LIII. GENUS. *CAPRELLA. Chevrolle.*

*Caprella*, LAM. — *Cancer*, LINN. — *Gammarus*, FABRICII.

*Cauda* appendicibus nullis. *Corpus* lineare. *Pedes* omnes unguiculati.

SPEC. 1. *CAPRELLA LINEARIS. Chevrolle linéaire.*

C. Pedum pare primo breviore; secundo longiore, chelisque incrassatis, monodactylis.

*Chevrolle linéaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 6, *pag.* 324, *pl.* 57, *fig.* 2, 3, 4, 5.

*Caprella scolopendroides.* LAM. *System. des anim. sans vert., pag.* 165.

*Cancer linearis.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1056.

*Oniscus scolopendroides.* PALL. *Spicil. zool., fasc.* 9, *tab.* 10, *fig.* 15.

*Squilla lobata.* OTH. FAB. *Faun. Groenl., n°.* 225.

*Gammarus linearis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 517.
Habitat in Oceano Europæ.

LIV. GENUS. *CYAMUS. Cyame.*

*Cyamus*, LATR., LAM. — *Oniscus*, LINN., PALL. — *Squilla*, DE GEER. — *Pycnogonum*, FABRICII.

*Cauda* appendicibus nullis. *Corpus* latum, depressum. *Pedes* quatuor spurii.

SPEC. 1. *CYAMUS CETI. Cyame de la Baleine.*

*Cyame de la Baleine.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 331.

*Oniscus Ceti.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1060 — *Faun. Suec.*, *n°.* 2056.

*Oniscus Ceti.* PALL. *Spic. zool.*, *fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 14.

*Squille de la Baleine.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pl.* 42, *fig.* 6, 7.

*Pycnogonum Ceti.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 570.
Habitat in Oceani Europæi Balænis, Scombris.

ANNOTATIO. Genera *Symethis*, *Posydon*, mihi ignota.

Finis CRUSTACEORUM classis.

# ANIMALIA
# VERTEBRIS NULLIS, PEDATA.

---

## CLASSIS SECUNDA.

*( Nona tabulæ generalis ).*

### INSECTA (1). *INSECTES.*

*I. Aptera ; metamorphoses nullæ.*

- Segmenta pedigera septem aut amplius ; unicumve, e thorace cum capite unito, efformatum.
  - Caput a thorace discretum ; antennæ.
    - Pedes quatuordecim; antennæ, in omnibus fere, quatuor ; corpus postice haud pedatum, lamellis, appendicibusve articulatis. — LEGIO PRIMA. TETRACERA. *Tétracères.*
    - Pedes ultra quatuordecim ; antennæ duæ ; corporis segmenta omnia, aut ultimo solo excepto, pedata. — LEGIO SECUNDA. MYRIAPODA. *Mille-pieds.*
  - Caput cum thorace unitum ; antennæ nullæ. ( Pedes octo aut sex ). — LEGIO TERTIA. ACERA. *Acères.*
- Segmenta pedigera tria; caput in omnibus a thorace discretum, antennatum. — LEGIO QUARTA. APTERODICERA. *Aptérodicères.*

*II. Alata ; metamorphoses.* — LEGIO QUINTA. PTERODICERA. *Ptérodicères.*

---

(1) Characteres quibus *Crustacea* ab *Insectis* discernuntur fuse exposuimus ; istis *stigmata*, orificiave pro aeris intromissione ; antennæ vel nullæ, vel duæ

## LEGIO PRIMA.

### TETRACERA. *TÉTRACÈRES.*

| | |
|---|---|
| *Antennæ* plerisque distinctæ, internis mediisve obviis, externarum pedunculi fere longitudine; perpaucis obsoletæ. *Segmentum* corporis ultimum sæpius præcedente multo majus. | FAMILIA PRIMA. ASELLOTA. *Asellotes.* |
| Antennæ internæ mediæve vix conspicuæ, brevissimæ. | FAMILIA SECUNDA. ONISCIDES. *Cloportides.* |

---

tantum, paucis quatuor, et tunc os maxillis quatuor ad summum, palpis nullis geminis; pedes sex, alæque sæpissime; apteris, *Tetraceris* exceptis, pedum idem numerus aut octo; omnibus oculi immobiles.

# LEGIO PRIMA.

## Tetracera. *Tétracères.*

## FAMILIA PRIMA.

### Asellota. *Asellotes.*

*I. Antennæ distinctæ.*

I. Genus. *Asellus. Aselle.*

*Asellus, Geoff., Oliv., Lam. — Oniscus, Linn. — Squilla, de Geer. — Cymothoa, Dald. — Idotea, Fabricii.*

*Cauda* unico segmento, laminis duabus inferis, foliaceis, biarticulatis, longitudinalibus, parallelis, stylisque duobus bifidis, marginis postici medio insertis. *Antennæ* quatuor, setaceæ, apice pluriarticulatæ.

Spec. 1. *Asellus vulgaris. Aselle ordinaire.*

*Aselle d'eau douce. Geoff. Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 672., *pl.* 22, *fig.* 2.

Habitat in Galliæ domibus, columbarum sanguinem hauriens.

OBSERVATIO. *Acarus Nigua* De Geer, *tom.* 7, *pl.* 37, *fig.* 9, 10. *Rhyncoprion americanum* Hermann, *pag.* 71, Ixodibus forma corporis, rostro terminali assimile; palpis filiformibus, triarticulatis ( vide Iconem De Geer ), rostrum non vaginantibus, ab his recedere videtur forteque generis peculiaris typus.

LXI. GENUS. *IXODES. Ixode.*

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV. — *Cynorhæstes*, HERMANN.

*Palpi* terminales, porrecti, brevissimi, coriacei, plani, depressi, longiores quam latiores, subæque lati, apice rotundati, aut obtusi, basi haustelli pedunculoque communi inserti, haustellum intus vaginantes rostrumque elongato-quadratum, depressum, obtusum, cum illo efformantes, triarticulati; articulo baseos minimo; aliis subæqualibus, latere interno cavis; ultimo in aliquibus veluti pervio. *Haustellum* corneum, lamellis tribus;

duabus superis ad basin, infera multo brevioribus, semitubum efficientibus et apice subexterne rejectis, dentatis; lamina infera multo majore, porrecta, lineari, depressa, medio supra canaliculata, lateribus valde serrata, apice obtusa.

*Corpus* ovato-orbiculatum, antice membranaceum, emarginatum, pro insertione rostri; parte dorsi vicina sæpius magis coriacea, thoracem referente. *Pedes* fere marginibus lateralibus inserti, articulis crassis; ultimo unguibus duobus, vesiculæ insertis; vesicula pedunculata.

Spec. 1. *Ixodes Ricinus. Ixode Ricin.*

I. Rostro, macula antica dorsali, thoracica, pedibusque atro-sanguineis; abdomine (insecto jejuno) dilutius rubro, villis raris, lateribus marginatis; palpis liberis, aut haustellum vix vaginantibus, oblongis.

*Ixode Ricin.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 51; *et tom.* 7, *pl.* 66, *fig.* 4 — 7. — *Genr.* Ixode. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 179.

*Acarus Ricinus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1023. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1967.

*La Tique des chiens.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *p.* 621.

*Mitte Reduve.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 101, *pl.* 6, *fig.* 1, 2.

*Acarus Ricinus.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 425.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 65.

Frisch. *Insect.*, *tom.* 5, *tab.* 19.

Habitat in lucis, sylvis Europæ, Canibus, Bobus se affigens tenaciterque adhærens.

Observatio. *Acarus sanguisugus* Fabricii, forsan quoque A. *holsatus*, idem insectum jejunum. Confer ejusdem *Acarum pallipedem* cum A. *ricinoide* De Geer, *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 98, *pl.* 5, *fig.* 16, 17.

Spec. 2. *Ixodes sanguineus. Ixode sanguin.*

I. Sanguineus, punctatus, postice lineolis tribus impressis; dorso antico macula nulla thoracica, distincta.

Habitat in Gallia; I. *Ricino* paulo minor: vide *Acarum lipsiensem* celeberrimi Fabricii.

Spec. 3. *Ixodes reticulatus. Ixode réticulé.*

I. Infra intensive sanguineus, supra albicans, fusco-sanguineo variegatus, maculis dorsalibus obscure marginatis; abdominis lateribus marginatis, punctatis, striatis; palpis subovalibus.

*Ixode Reduve.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 51.

*Acarus Reduvius.* Schrank. *Enum. Insect. Aust.*, *n°.* 1043, *tab.* 3, *fig.* 1, 2.

*Acarus reticulatus.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 428.

Rœm. *Gener. Insect.*, *tab.* 29, *fig.* 7.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 67.

Frequens in Galliæ plantis, præsertim *Genistis*, Boves infestans, suctu admodum turgidus, lineas fere quinque longus, tuncque abdomine cinereo aut pallide flavescente.

*Acarus Reduvius* Hermann, *pag.* 66, forte et idem Linnæi, aut varietas. Præcedenti multum affinis; obscure sanguineus, rostro, macula dorsali antica, pedum baseos articulis, albicantibus; macula dorsali lineolis duobus longitudinalibus, contrarie arcuatis, ad punctum impressum incipientibus, maculis punctisve duobus intermediis, obscure sanguineis; abdomine profunde punctato, subrugoso, radiatim postice striato; punctis impressis marginalibus magis obviis. *Acarus radiatus* Scopoli cum illis conferendus.

LXII. Genus. *Uropoda. Uropode.*

*Acarus*, de Geer.

*Rostellum?* sub corporis marginis antici medio. *Palpi* haud conspicui. *Pedes* brevissimi (in quiete corpori infero appressi, complicati); quarti longiores, tum tertii; primi brevissimi, in cavitate utrinque antica et infera

recipiendi; spatio intercepto sublabiiformi. *Corpus* ovale-orbiculatum, dorso corneo, clipeiformi, disco sensim convexo; infra planiusculum; anus, Insectis *coleopteris*, pedunculo filiformi, elongato, infixus.

Spec. 1. *Uropoda vegetans. Uropode végétante.*

Brunnea, lævissima, nitida.

*Mitte végétative.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 123, *pl.* 7, *fig.* 15.

*Mite végétative.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 381; *et tom.* 8, *pl.* 67, *fig.* 8.

Frequens apud nos, et *Histerum* abdomini pedibusque fixus.

## FAMILIA OCTAVA.

### HYDRACHNELLÆ. (1) *HYDRACHNELLES.*

### LXIII. Genus. *Eylais. Eylaïs.*

*Eylaïs*, *Latr.*, *Lam.* — *Hydrachna*, *Mull.*, *Oliv.* — *Trombidium*, *Fabricii.*

*Mandibulæ* depressæ, apice ungue instructæ, in labio receptæ. *Palpi* elongato-conici, arcuati, articulis tribus aut quatuor, acuti.

Spec. 1. *Eylais extendens. Eylaïs étendue.*

E. Oculis quatuor; corpore rotundato, nitido, glabro, rubro, immaculato; pedibus posticis strictis.

*Gen. Eylais. Latr. Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 182 — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 34.

*Eylais extendens. Lam. System. des Anim. sans vert.*, *pag.* 177.

*Hydrachna extendens. Mull.*, *pag.* 62, *tab.* 9, *fig.* 4.

*Trombidium extendens. Fab. Entom. system*, *tom.* 2, *p.* 406.

Habitat in Europæ aquis stagnantibus.

---

(1) *Hydrarachnæ* Hermann. *Oculi* duo aut quatuor.

An congenericæ hydrachnæ, *undulata*, *fuscata*, *maculata*, *umbrata* Muller?

LXIV. Genus. *Hydrachna. Hydrachne.*

*Hydrachna*, *Mull.*, *Oliv.* — *Acarus*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer.* — *Trombidium*, *Fabricii.*

*Mandibulæ* nullæ. *Palpi* subcylindrici, porrecti, arcuato-inflexi, articulis quatuor, ultimo acuto, unguiformi, polliceve mobili. *Os* in rostrum conicum porrectum; maxillis duabus, elongatis, setaceis, acutis, in labio abscondendis.

*Corpus* globosum. *Pedes* inter se æque dissiti, pilis fimbriati.

Spec. 1. *Hydrachna geographica. Hydrachne géographique.*

H. Nigra, maculis punctisque coccineis.

*Hydrachna geographica. Mull. Pag.* 59, *tab.* 8, *fig.* 3, 4, 5.

*Hydrachne géographique. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 33, *pl.* 67, *fig.* 2, 3. — *Genr. Hydrachne. Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 182.

*Trombidium geographicum. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 405.

Habitat in aquis lente fluentibus; familiæ gigas.

Spec. 2. *Hydrachna cruenta. Hydrachne ensanglantée.*

H. Sanguinea; pedibus æqualibus.

*Hydrachna cruenta. Mull. Pag.* 63, *tab.* 9, *fig.* 1.

*Hydrachne ensanglantée. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 35.

*Mitte aquatique ronde. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 146, *tab.* 9, *fig.* 11.

*Trombidium globator. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 401.

*Herm. Mém. aptérol.*, *pag.* 56, *tab.* 6, *fig.* 10.

Habitat in Europæ aquis.

ANNOTATIO. Acarus Geoffroi n°. 9, (*la Tique aquatique panachée, tab.* 9, *fig.* 5) *Hydrachnæ fuscatæ* Muller proximus, vide ejusdem *hydrachnam impressam*, *pag.* 64, *tab.* 9, *fig.* 2, 3, quam De Geer (*Mite aquatique rouge, tom.* 7, *pag.* 141, *tab.* 9, *fig.* 3, 4,) falso pro *Acaro aquatico* Linnæi habuit.

LXV. GENUS. *LIMNOCHARES. Limnochare.*

*Acarus*, LINN., GEOFF., DE GEER. — *Trombidium*, FABRICII.

*Mandibulæ* nullæ. *Palpi* incurvati, apice acuti, pollice mobili nullo. *Os* rostro brevissimo, vix prominulo, labio bipartito, maxillisve conniventibus?

*Corpus* depressum. *Pedes* breves; quatuor postici remoti.

SPEC. 1. *LIMNOCHARES HOLOSERICEA. Limnochare satinée.*

L. Corpore ovato, rugoso, molli: oculis duobus nigris.

*Genr.* LIMNOCHARE. LATR. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 181. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 36, *pl.* 67, *fig.* 4.

*Acarus aquaticus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1025. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1978.

*La Tique rouge satinée aquatique.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 625.

*Mitte satinée aquatique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 149, *pl.* 9, *fig.* 15, 16, 17.

*Trombidium aquaticum.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 399.

*Ræs. Insect.*, *tom.* 3, *tab.* 25.

Habitat in Europæ aquis.

FAMILIA

## FAMILIA NONA.

### MICROPHTHIRA. *MICROPHTHIRES.*

LXVI. GENUS. *CARIS. Caris.*

*Acarus*, *GEOFFROI* ?

*Rostrum* conicum, porrectum, è labio (maxillisve duabus) bipartito. *Palpi* subconici, porrecti, quadri-articulati, rostri longitudine. *Corpus* coriaceum, depressum, suborbiculatum.

SPEC. 1. *CARIS VESPERTILIONIS. Caris de la Chauve-souris.*

C. Corpore fusco.

*Caris de la Chauve-souris.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 55. — *Genr.* CARIOS. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 177.

*La Tique de la Chauve-souris ?* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 627.

Habitat in *Vespertilionibus.*

LXVII. GENUS. *LEPTUS. Lepte.*

*Pediculus*, *SCOP.* — *Acarus*, *DE GEER.* — *Trombidium*, *HERMANN.*

*Os* rostro antico, porrecto. *Palpi* breves, subconici. *Corpus* molle, plerumque ovale.

SPEC. 1. *LEPTUS PHALANGII. Lepte des Faucheurs.*

L. Corpore ovali, coccineo, antice subcapitato, oculis duobus nigris, rostro subconico; palporum articulo baseos valde incrassato; pedibus subæqualibus.

*Lepte des Faucheurs.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 55. — *Genr.* LEPTE. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 177.

*Pediculus coccineus.* SCOP. *Entom. carn.*, *n°.* 1055.

*Mitte des Faucheurs.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 117, *pl.* 7, *fig.* 5.

*Acarus Phalangii.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 433. HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 46, *pl.* 1, *fig.* 16.

Habitat in plurimis insectis, *Phalangio opilione* præsertim.

OBSERVATIO. *Trombidia hexapoda* Hermann, *Acarus autumnalis* SHAUW, *miscell. Hist. nat.*, *tom.* 2, *pl.* 42, ad genus *Lepti* revocanda.

## LXVIII. GENUS. *ASTOMA. Astome.*

*Os* inferum, fere obsoletum, instrumentis cibariis palpisque haud conspicuis. *Corpus* molle, ovale. *Pedes* brevissimi.

SPEC. 1. *ASTOMA PARASITICUM. Astome parasite.*

A. Corpore coccineo, medio subcoarctato.

*Astome parasite.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 55, *pl.* 67, *fig.* 10. — *Genr.* ATOME. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 177.

*Mitte parasite.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 118, *pl.* 7, *fig.* 7.

Habitat in Muscis et aliis Insectis.

## LEGIO QUARTA.

### APTERODICERA. *APTÉRODICÈRES.*

| | | |
|---|---|---|
| APTERODICERA. | Os mandibulis, palpis, labro et labio; corpus sæpius squamosum aut hirsutum, errans, ano setoso caudave furcata. *Insecta cursu veloci, vel saltatorii.* | ORDO PRIMUS. THYSANOURA. *Thysanoures.* |
| | Os, *his*, dentibus duobus et apertura inferis; *illis* haustello antico, tubuloso, brevissimo. *Insecta parasitica, Mammalium, Avium sanguinem sugentia, lento gradu.* | ORDO SECUNDUS. PARASITI. *Parasites.* |

## ORDO PRIMUS.

### THYSANOURA. *THYSANOURES.*

| | | |
|---|---|---|
| THYSANOURA. | Palpi exserti, elongati; antennæ a basi ad apicem multiarticulatæ, articulis innumeris, brevissimis; cauda setis tribus exsertis. | FAMILIA PRIMA. LEPISMENÆ. *Lépismènes.* |
| | Palpi nec exserti, nec facile conspicui; antennæ articulis paucis, aut apicetantum multiarticulatæ; cauda furcata, sub abdomine inflexa. | FAMILIA SECUNDA. PODURELLÆ. *Podurelles.* |

## FAMILIA PRIMA.

### LEPISMENÆ (1). *LEPISMÈNES.*

LXIX. GENUS. *LEPISMA. Lépisme.*

*Lepisma*, *LINN.*, *DE GEER*, *FAB.*, *OLIV.*, *HERM.* — *Setoura*, *BROWN.* — *Forbicina*, *GEOFF.*, *LAMARCK.*

*Antennæ* inter oculos insertæ. *Palpi* maxillares tenues, articulis quinque, ultimo elongato, gracili, cylindrico. *Labiales* ad apicem compressi, dilatati, rotundati.

*Corpus* depressum, haud saltatorium; cauda setis tribus, subæqualibus. *Oculi* parvi, remoti.

SPEC. 1. *LEPISMA SACCHARINA. Lépisme du sucre.*

L. Argenteo-squamosa, immaculata.

*Lepisma saccharina. LINN. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1012. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1925.

*Lepisma saccharina. FAB. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 63.

*Lépisme du sucre. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 62.

*La Forbicine plate. GEOFF. Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 613, *pl.* 20, *fig.* 3.

*Forbicine demi-cylindrique. DE GEER. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 14.

*SCHÆFF. Elem. Entom.*, *tab.* 75.

---

(1) *Antennæ* elongatæ. *Palpi* maxillares setacei, inflexo-arcuati, articulis quinque aut sex. *Labiales* articulis quatuor, subfiliformes vel apice latiores. *Mandibulæ* membranaceæ, apice truncatæ, denticulis inæqualibus, corneis. *Maxillæ* lateraliter insertæ, transversæ, membranaceæ, bifidæ; lacinia supera galeiformi; infera apice corneo, acuto. *Labium* membranaceum, apice latiore, quadrifido. *Corpus* omnibus squamosum; abdomen subtus appendiculatum.

Frequens intra libros, vestes, utensilia, noctu vagans, ex America allata, ibique inter sacchara degens.

LXX. GENUS. *MACHILIS. Machile.*

*Lepisma, LINN., FAB., OLIV.* — *Forbicina, GEOFFROI.*

*Antennæ* sub oculis insertæ. *Palpi* maxillares crassiusculi, articulis sex distinctis, ultimo conico. *Labiales* apice membranaceo, supra duplicato.

*Corpus* convexum saltatorium, dorso arcuato; abdomen conicum; seta caudali media multo majore. *Oculi* magni, contigui.

SPEC. 1. *MACHILIS POLYPODA. Machile polypode.*

M. Fuliginoso-fusca, maculis obscure ferrugineis.

*Tab.* 6, *fig.* 4. *Aucta, scala longitudinis adjecta.*

*Machile polypode. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 67, *pl.* 78, *fig.* 1.

*La Forbicine cylindrique. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 614.

*Lepisma polypoda. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1012.

*Lepisma polypoda. FAB. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 63.

*RŒMER. Gener. Insect., tab.* 29, *fig.* 1.

Habitat in nemoribus Europæ temperatæ et australis; pro *Lepisma saccharina* a Villers figurata. *Entom., tom.* 4, *tab.* 11, *fig.* 1.

## FAMILIA SECUNDA.

### PODURELLÆ. *PODURELLES.*

LXXI. GENUS. *PODURA. Podure.*

*Podura, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM., HERMANN.*

*Antennæ* rectæ, articulis quatuor.

*Corpus* cylindricum, abdomine elongato, lineari.

Spec. 1. *Podura plumbea. Podure plombée.*

P. Fusco-cærulea, nitida, capite pedibusque griseis.

*Podura plumbea.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1013. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1930.

*La Podure grise commune.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 610.

*Podure plombée.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 31, *pl.* 3, *fig.* 1.

*Podura plumbea.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 66.

*Rœm. Gener. Insect.*, *tab.* 29, *fig.* 2.

*Podure plombée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 76.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

## LXXII. Genus. *Smynthurus. Smynthure.*

*Podura*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Lamarck.

*Antennæ* geniculatæ, articulis brevissimis, numerosis, terminatæ. *Abdomen* globosum.

Spec. 1. *Smynthurus fuscus. Smynthure brun.*

S. Fuscus.

*Smynthure brun.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 82, *pl.* 78, *fig* 5, 6.

*Podura atra.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1013. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1929.

*La Podure brune enfumée.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 608.

*Podure brune, ronde.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 35, *pl.* 3, *fig.* 7, 8.

*Podura atra.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 65.

Habitat in Europæ terra.

Spec. 2. *Smynthurus viridis. Smynthure verd.*

S. Viridis.

*Smynthure verd.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 82.

*Podura viridis.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1013. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1927.

*La Podure verte aux yeux noirs.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 607.

*Podura viridis.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 65.

Frequens in Europæ plantis.

## ORDO SECUNDUS.

### PARASITA. *PARASITES.*

### LXXIII. Genus. *Ricinus. Ricin.*

*Ricinus*, de Geer, Oliv., Lam. — *Pediculus*, Linn., Geoff., Fab. — *Nirmus*, Hermann.

*Os* dentibus duobus cavitateque inferis. *Insecta* in Avibus degentia.

Spec. 1. *Ricinus cornicis. Ricin de la Corneille.*

R. Albidus; capite cordato; thoracis segmentis utrinque in dentem prominulis; abdomine ovali, transverse fusco fasciato.

*Ricin du corbeau.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 105.

*Ricin de la Corneille.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 76, *pl.* 4, *fig.* 11.

Habitat in cornice.

An diversus *pulex corvi* Redi, *Experim.*, *tab.* 16? (*pediculus Corvi* Linnæi).

### LXXIV. Genus. *Pediculus. Pou.*

*Pediculus*, Linn., Geoff., de Geer, Oliv., Lam., Hermann.

*Os* haustello antico, tubuloso, brevissimo. *Insecta* Mammalium sanguinem sugentia.

Spec. 1. *Pediculus humanus. Pou humain.*

P. Thorace segmentis tribus, æqualibus, distinctis; corpore ovali, lobato, albido, subimmaculato.

*Pediculus humanus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1016 — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1939.

*Pou humain du corps.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 67, *pl.* 1, *fig.* 7.

*Pediculus humanus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 417.

*Pou humain.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 417.

Habitat in Hominis cute, vestimentis.

SPEC. 2. *PEDICULUS CERVICALIS. Pou de la tête.*

P. Thorace segmentis tribus, æqualibus, distinctis; corpore ovali, lobato, cinereo; utrinque fascia nigra, interrupta.

*Pou humain de la tête.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 67, *pl.* 1, *fig.* 6.

*Pou de la tête.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 94.

*Le pou ordinaire.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 597.

*Pediculus humanus*, variet. LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1016.

Habitat in cervice Hominis.

OBSERVATIO. Synonymia *Pediculi vulgaris humani* ad hanc speciem fere integra referenda.

SPEC. 3. *PEDICULUS PUBIS. Pou du pubis.*

P. Thorace brevissimo, vix distincto; abdomine postice bicornuto; pedibus validis.

*Pediculus pubis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1017. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1940.

*Le morpion.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 597.

*Pediculus pubis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 418.

*Pou du pubis.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 94.

*REDI. Experim.*, *tab.* 19, *fig.* 1.

Habitat in Hominis immundi pube, superciliis.

LEGIO

# LEGIO QUINTA.

## PTERODICERA (1). *PTÉRODICÈRES.*

( *Insectorum classis.* LAMARCK. )

## CENTURIA PRIMA.

### ELYTROPTERA. *ÉLYTROPTÈRES.*

Elytra duo alas totidem tegentia.

### COHORS PRIMA.

#### ODONTOTA. *DENTÉS.*

Os mandibulis, maxillis et labio. *Alæ plicatæ.*

| | |
|---|---|
| Alæ transverse plicatæ; elytra crustacea. | ORDO PRIMUS. COLEOPTERA. *Coléoptères.* |
| Alæ longitrorsum plicatæ; elytra coriacea. | ORDO SECUNDUS. ORTHOPTERA. *Orthoptères.* |

(1) Quædam aptera; at illis caput a thorace discretum; instrumenta cibaria e cavitate communi prodeuntia; *his* maxillæ labiumque ligamentis basi coalitis; *illis* lingua in spiram involuta, e maxillis elongatis, filiformibus, tubum efformantibus; plurimis haustellum punctorium, setis corneis constans, in vagina articulata, vel geniculata et apice sæpius labiata proboscidemque æmulante, aut intra lamellas duas, tubum efficientes, receptum. Antennæ tantum duæ; oculi duo polygoni; pedes sex, nec magis nec minus; thorax ab abdomine rarissime haud distinctus, segmento unico, vel ad summum duobus.

## COHORS SECUNDA.

### SIPHONOSTOMA. *SIPHONOSTOMES.*

| | |
|---|---|
| Os rostro articulato, haustellum (e setis tribus efformatum) vaginante. *Alæ extensæ; elytra sæpius semicoriacea et semimembranacea, cruciato-complicata.* | ORDO TERTIUS. HEMIPTERA. *Hémiptères.* |

## CENTURIA SECUNDA.

### GYMNOPTERA. *GYMNOPTÈRES.*

Alæ nudæ.

## COHORS PRIMA.

### ODONTOTA. *DENTÉS.*

Os mandibulis, maxillis et labio. (Alæ in omnibus quatuor).

| | |
|---|---|
| Alæ reticulatæ, sæpissime æquales; labium maxillis secundum latera non vaginatum; (*feminæ anus haud aculeatus, nec terebra composita instructus*). | ORDO QUARTUS. NEVROPTERA. *Névroptères.* |
| Alæ venosæ, inferæ minores; maxillæ labii latera vaginantes; (*feminæ anus aculeo terebrave composita instructus.*) | ORDO QUINTUS. HYMENOPTERA. *Hyménoptères.* |

## COHORS SECUNDA.

### SIPHONOSTOMA. *SIPHONOSTOMES.*

Os tubulosum, sugens.

| | |
|---|---|
| Alæ quatuor, squamoso-farinosæ; os lingua spirali, e laciniis duabus efformata, haustello nullo. | ORDO SEXTUS. LEPIDOPTERA. *Lépidoptères.* |
| Alæ et halteres duo; abdomen basi discreta; os proboscide vaginave tubulosa, haustellum includente, exarticulata, aut basi geniculata, et articulo apicali labiiformi. | OBDO SEPTIMUS. DIPTERA. *Diptères.* |
| Alæ et halteres nulla; corpus continue annulatum, abdominis basi a thorace non discreta; os rostro per longitudinem articulato, valvulis duabus externis et superis ad basin. | ORDO OCTAVUS. SUCTORIA. *Suceurs.* |

## ORDO PRIMUS.

### COLEOPTERA. *COLÉOPTÈRES.*

*Eleuterata*, FABRICII.

## SECTIO PRIMA.

Tarsi omnes articulis quinque.

## TRIBUS PRIMA.

### ENTOMOPHAGI. *ENTOMOPHAGES.*

*Palpi* sex; labiales articulis quatuor (stipite baseos articulum referente) aut tribus.

Observationes. Pedes postici appendice femur imitante ad basin internam instructi ; laminæ pectorales quibus inseruntur retro in longum productæ , prominulæ , latere externo valde arcuato ; mentum late emarginatum ; antennæ filiformes.

Hujus ordinis series naturalis familiarum, numero generum majoris, litigiosa , incerta. Coleoptera palpis sex robustiora , agiliora , *primates* ordinis ; *Rhynchophori* e contra instrumentorum cibariorum exiguitate , ore rostrato , debiliores , *Mammalia edentata* hic quodam modo æmulantes. Articulorum tarsorum progressio numerica decrescens in methodo naturali non admittenda. Forte *Carabici Tenebrionitibus* , *Erotylenæ Sphæridiotis* viam parant.

| | |
|---|---|
| Pedes tantummodo gressorii. Maxillæ ungue apicali , corneo , distincto. Labium fere nullum aut plane absconditum. Palpi labiales articulis quatuor ; basilari e stipite libero efformato. Mandibulæ valide dentatæ. *Tibiæ anticæ latere interno nunquam emarginatæ.* | FAMILIA PRIMA. CICINDELETÆ. *Cicindelètes.* |
| Pedes tantummodo gressorii. Maxillæ apice arcuatæ , uncinatæ. Labium exsertum. Palpi labiales stipite haud libero , articulis tribus ; primo secundo sæpius breviore. Mandibulæ ad summum plerisque unidentatæ. *Tibiæ anticæ , in plurimis , ad latus internum emarginatæ ; corpus oblongum , raro ovatum ; pedes postici motu horizontali et verticali ; laminæ pectorales quibus inseruntur magnitudine mediocres.* | FAMILIA SECUNDA. CARABICI. *Carabiques.* |

Pedes natatorii. Palpi labiales ( stipite labio adnato ) ; articulis tribus; primo sequente vix dimidio breviore.

*Corpus ovatum ; pedes postici motu tantum horizontali ; laminæ pectorales quibus inseruntur maximæ; sternum anticum sæpius postice acuminato-productum, apice in pectore emarginato recipiendo.*

OBSERVATIO. Mandibulæ fere totæ labro clypeoque supra opertæ ; labium omnibus corneum, quadratum, lateribus in longum subexcavato-compressis, tenuioribus.

FAMILIA TERTIA.
HYDROCANTHARI.
*Hydrocanthares.*

## FAMILIA PRIMA.

### CICINDELETÆ. *CICINDELÈTES.*

LXXV. GENUS. *MANTICORA. Manticore.*

*Manticora*, *FAB.*, *OLIV.*, *LAM.* — *Carabus*, DE GEER. — *Cicindela*, *THUNBERG.*

*Palpi* labiales articulo stipitali primove incrassato, brevi. *Mandibulæ* capite longiores, externe multum arcuatæ, dente apicali maximo. *Antennæ* subcompresso-angulatæ.

*Caput* maximum. *Thorax* subcordatus. *Abdomen* magnum, cordato-ovatum, pedunculatum, elytris dorso planis lateraliterque carinatis obvolutum.

SPEC. 1. *MANTICORA MAXILLARIS. Manticore maxillaire.*

M. Atra ; elytris scabris.

*M. maxillosa. FAB. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 167.

*Manticore maxillaire.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 37, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.*

*Manticore maxillaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 188, *pl.* 71, *fig.* 1, 2.

*Carabe à tubercules.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 623, *pl.* 46, *fig.* 14.

*Cicindela gigantea.* Thunb. *Dissert. acad., tom.* 3, *p.* 145, *tab.* 7, *n°.* 38.

Herbst. *Archiv. Insect., tab.* 46, *fig.* 6.

Habitat ad prom. Bonæ-Spei.

## LXXVI. Genus. *Colliuris. Colliure.*

*Collyris,* Fab. — *Cicindela,* Oliv.

*Palpi* articulo ultimo triangulari, subsecuriformi; labialium stipitali primove maximo, compresso, membranaceo; penultimo, ut antennarum tertio, incurvo. *Tarsi* articulo quarto bifido.

*Corpus* elongatum, angustum; capite crasso; thorace conico-cylindrico, antice attenuato.

Spec. 1. *Colliuris longicollis. Colliure à long cou.*

C. Cyanea, alata, elytris apice emarginatis, femoribus rufis.

*Tab.* 6, *fig.* 8.

*Colliure longicol.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 190, *pl.* 71, *fig.* 3.

*Collyris longicollis.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 226.

*Cicindèle longicolle.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 2, *fig.* 17.

Habitat in India Orientali, Bengala.

Spec. 2. *Colliuris aptera. Colliure aptère.*

C. Atra, aptera; elytris connatis, medio rugosis; femoribus rufis.

*Collyris aptera.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 226.

*Cicindèle aptère.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 1, *fig.* 1.

Habitat in India Orientali.

LXXVII. Genus. *Megacephala. Mégacéphale.*
*Cicindela*, *Linn.*, *de Geer*, *Fab.*, *Olivier.*

*Palpi* labiales maxillaribus longiores, articulo stipitali primove crassiore, exserto, penultimi dimidii fere longitudine, cylindrico.

*Caput* magnum. *Elytra* convexo-rotundata.

Spec. 1. *Megacephala Senegalensis. Mégacéphale du Sénégal.*

M. Nigro-virescens; elytris connatis; antennis pedibusque ferrugineis.

*Mégacéphale mégalocéphale. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 192.

*Cicindèle mégacéphale. Oliv. Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 2, *fig.* 12. *a. b.*

*Cicindela megalocephala. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 332.

Habitat in Senegalia.

Spec. 2. *Megacephala carolinensis. Mégacéphale carolinoise.*

M. Purpureo-viridis; antennis, ore, lunula elytrorum apicis pedibusque ferrugineo-flavescentibus.

*Tab.* 6, *fig.* 9.

*Mégacéphale carolinoise. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 193, *pl.* 71, *fig.* 4.

*Cicindela carolina. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 657.

*Cicindèle de la Caroline. De Geer. Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 120, *pl.* 17, *fig.* 24.

*Cicindela carolina. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 233.

*Cicindèle carolinoise. Oliv. Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 2, *fig.* 22.

Habitat in Carolina.

Observatio. *Cicindela labiata* Fabricii palporum labialium forma, labro elongato, menti sinu lunato, in medio non

unidentato, ut in omnibus cicindeletis, corporis habitu paulo diverso, forte ad genus peculiare, Megacephalas Cicindelis nectens, revocanda.

## LXXVIII. Genus. *Cicindela. Cicindèle.*

*Cicindela*, *Linn.*, *de Geer*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lam.* — *Buprestis*, *Geoffroi.*

*Palpi* labiales articulis duobus baseos brevissimis, rotundato-cylindricis; primo paulo crassiore.

*Elytra* dorso subplano.

Spec. 1. *Cicindela campestris. Cicindèle champêtre.*

C. Viridis; capitis thoracisque lateribus, femoribus, cupreo-purpureis; elytro singulo punctis quatuor marginalibus, quinto suturam versus, albidis.

*Cicindela campestris. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 657. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 746.

*Cicindèle champêtre. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 113, *pl.* 4, *fig.* 1.

*Cicindela campestris. Fab. System. eleut.*, *tom* 1, *pag.* 233.

*Cicindèle champêtre. Oliv. Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b. c.*

*Cicindèle champêtre. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 209.

*Le velours vert à* 12 *points blancs* (*Bupreste*). *Geoff. Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag* 153.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 85, *fig.* 3.

Habitat in Europæ sabulosis.

Spec. 2. *Cicindela hybrida. Cicindèle hybride.*

C. Supra cupreo-viridis, aut obscure cuprea; elytro singulo lunula externa ad basin, alia apicali, fascia intermedia, transversa sinuatoque dentata, albis; sutura cuprea.

*Cicindela hybrida. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 657. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 747.

*Cicindèle*

*Cicindèle tachetée.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 115, *pl.* 4, *fig.* 8.

*Cicindela hybrida.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 234.

*Cycindèle hybride.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 1, *fig.* 7.

*Cicindèle hybride.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 207, *pl.* 71, *fig.* 5.

*Le Bupreste à broderie blanche.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 155.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 85, *fig.* 4.

Habitat in Europæ sabulosis.

Spec. 3. *Cicindela sylvatica. Cicindèle sylvatique.*

C. Supra obscuro-æenea; elytro singulo lunula externa ad basin, aliave macula apicali, fascia intermedia, transversa, angusta et sinuata, albis; punctis plurimis late impressis juxta suturam.

*Cicindela sylvatica.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 658. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 748.

*Cicindèle des forêts.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 114, *pl.* 4, *fig.* 7.

*Cicindèle sylvatique.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 33, *pl.* 1, *fig.* 5.

*Cicindèle sylvatique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 207.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 85, *fig.* 5.

Habitat in Europæ sylvis, in Gallia infrequens.

## FAMILIA SECUNDA.

### CARABICI. *CARABIQUES.*

Stirps prima. *Elaphrii. Elaphriens.*

*Labium* exsertum, apice (dilute corneo) rotundato, utrinque in dentem membranaceum producto, marginis superi medio acuminato. *His palpi* maxillares externi capite breviores, articulo ultimo subcylindrico, basi

paulo attenuato, secundi saltem longitudine; *illis* articulo eodem minimo, acuto, præcedente maximo, idem de palpis labialibus.

*Tibiæ* anticæ interne emarginatæ (1). *Elytra* apice non truncata. *Abdomen* quadratum. *Thorax* capite angustior, vel latior et truncato-obcordatus. *Oculi* sæpius valde prominuli.

Stirps secunda. *Graphipterides. Graphiptérides.*

*Labium* exsertum; *his* in ligulam ovalem, corneam, ad palporum labialium articuli ultimi basin usque productam; *illis* subquadratum, medio longitudinali coriaceo, lateribus membranaceis, apice rotundatis, villosis, margine supero integro, non utrinque emarginato. *Palpi* maxillares externi labialesque filiformes, articulo ultimo subcylindrico. *Antennæ* secundorum articulis tertio et quarto angulatis.

*Tibiæ* anticæ omnibus interne emarginatæ. *Elytra* truncata. *Thorax* obcordatus. *Abdomen* ovale, convexum; vel orbiculare, depressum.

Stirps tertia. *Crepitantes. Bombardiers.*

*Labium* exsertum, subquadratum; *his* medio per longitudinem et anguste coriaceum, secundum latera membranaceum, margine supero recto, integro; *illis* late subcoriaceum, margine supero rotundato, dentibus membranaceis obsoletis, aut obviis, rotundatis. *Palpi* maxillares externi capite breviores, filiformes, articulo

---

(1) Tibiarum spinæ duæ terminales (*Calcaria*), in eadem linea transversa haud insertæ, nec illarum apicem coronantes, ut in *Carabis* et plerisque insectis; inter se distantes, hac supera, illa infera; spatium interceptum lunato-emarginatum, villosum aut ciliatum.

ultimo cylindrico-conico aut subcylindrico; labiales apice interdum subcrassiores. *Antennæ* articulis tertio, quarto sequentibusque cylindricis.

*Tibiæ anticæ* interne emarginatæ. *Elytra* truncata. *Thorax* subcylindricus, aut truncato-obcordatus. *Abdomen* quadratum aut ovale, basi truncatum.

Stirps quarta. *Longopalpati. Longipalpes.*

*Labium* exsertum, modo lineare, elongatum, apice tripili; modo subquadratum, medio coriaceum, lateribus membranaceis, apice subprominulis; *his* margine supero, recto; *illis* medio unidentato. *Palpi* maxillares externi elongati, capitis longitudine aut ultra longiores, articulo ultimo, (et idem de labialibus) crassiore, conico vel securiformi. *Antennæ* articulis elongatis, basilari præsertim; isto conico.

*Tibiæ* anticæ interne emarginatæ. *Elytra* apice truncata. *Thorax* cylindricus, aut truncato-obcordatus. *Caput* ovatum, aut trigonum, collo distincto.

Stirps quinta. *Melanchlæni. Mélanchlènes.*

*Labium* subquadratum, margine supero recto, palporum labialium articulum baseos prægrediente, plerisque exsertum, medio longitudinali coriaceo corneove, lateribus membranaceis, apice sæpius in dentem auriculamve prominulis; paucis extra mentum non exsertum, plane corneum. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subcylindrico, raro subconico aut subsecuriformi, et tunc mandibulæ aut medio intus valide unidentatæ, aut apice truncatæ, obtusæve, subemarginatæ. *Maxillæ* nec externe ad basin dilatatæ, nec barbato-ciliatæ. *Antennæ* sæpissime articulis subcylindricis, secundo tertio breviore.

Tibiæ anticæ interne emarginatæ, externe haud dentato-palmatæ. *Elytra* integra. *Corpus* forma varia.

Stirps sexta. *Fossores. Fossoyeurs.*

*Labium his* mento suboccultatum, *illis* exsertum, subquadratum, medio longitrorsum coriaceum, lateribus membranaceis, in dentem apice prominulis, margine supero recto; *mentum* omnibus maximum, tridentatum, dente medio valido. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subcylindrico, aut ovato-cylindrico. *Mandibulæ* pluribus interne dentatæ. *Antennæ* moniliformes, articulo secundo baseos tertio longiore.

*Tibiæ* anticæ interne emarginatæ, externe dentato-palmatæ. (*Elytra* apice integra. *Caput* magnum. *Abdomen* pedunculatum, basi a thorace intervallo notabili distante, transversa.)

Stirps septima. *Metallici. Métalliques.*

*Labium* brevissimum, apice palporum labialium articulum baseos ultra non progrediente, coriaceo aut corneo, sæpius ad medium subacuminato, paucis liguliformi; lateribus membranaceis, in dentem terminatis. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo brevi, fere securiformi.

*Tibiæ* plerisque interne emarginatæ. *Elytra* integra. *Thorax* truncato-obcordatus, aut suborbiculatus. *Corpus* dorso convexo.

Stirps octava. *Barbati. Barbus.*

*Labium* exsertum; *his* breve, margine supero ad medium in dentem prominulo; *illis* elongatum, apice

abrupte angustato, producto, tridentato. *Palpi* filiformes; maxillares externi labialesque elongati, articulo ultimo longo, cylindrico-conico. *Maxillæ* ad basin externam barbato-ciliatæ. *Mandibulæ* ad basin dilatatæ, valide angulatæ.

*Tibiæ* plerisque interne emarginatæ. *Elytra* integra. *Thorax* brevis, truncato-obcordatus. *Corpus* supra planum.

## STIRPS PRIMA.

### ELAPHRII. *ELAPHRIENS.*

LXXIX. Genus. *Elaphrus. Elaphre.*

*Elaphrus, Fab., Oliv., Lam. — Cicindela, Linn., de Geer. — Buprestis, Geoffroi.*

*Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo præcedente majore, subcylindrico.

Observatio. Antennæ plerisque thoracis longitudine. Menti sinus lunatus, medio bidentatus. Labii marginis superi medium distincte acuminatum.

*I. Thorax truncato-obcordatus, diametris subæqualibus, longitudinali ve transverso majore (convexus, inæqualis.)*

Spec. 1. *Elaphrus riparius. Elaphre de rivage.*

E. Viridis; elytris æque punctatis, maculis impressis, rotundis, centro purpurascentibus, margine diluto-virescentibus maculaque cuprea, in singulo, ad suturam.

*Elaphrus riparius. Fab. System. eleut., tom. 1, pag. 245.*

*Elaphre paludier. Oliv. Entom., tom. 2, n°. 34, pl. 1, fig. 4. a. b.*

*Elaphre des marais. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 217.*

*Cicindela riparia.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 658. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 749.

*Le Bupreste à mammelons.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 156.

*Cicindèle de rivage.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 117, *pl.* 4, *fig.* 9.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 20, *fig.* 1.

Habitat in Europæ locis sabulosis et aquaticis.

Spec. 2. *Elaphrus uliginosus.* *Elaphre uligineux.*

E. Cupreo-æneus, cicatriculis rotundis, distinctius punctatis, centro purpurascentibus, margine viridi, elevato, maculisque cupreis interjectis.

*Elaphrus uliginosus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 245.

*Elaphre riverain.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 34, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.*

*Elaphre riverain.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag*, 216, *pl.* 71, *fig.* 6.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis humentibus, rara. Hunc mecum communicavit dom. de Brébisson. Speciei hujus et præcedentis synonymiam purgavit celeberrimus Illiger, *Coleopt. Boruss.*, *pag.* 224.

*II. Thorax subquadratus, diametro transverso longitudinali majore (planus, læviusculus).*

Spec. 3. *Elaphrus aquaticus.* *Elaphre aquatique.*

E. Fusco-æneus, nitidus; fronte corrugata; elytris punctato-striatis; intervallo longitudinali lævi versus suturam.

*Elaphrus aquaticus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 246.

Ejusdem *elaphrus semi-punctatus.* Ibid.

*Elaphre aquatique.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 34, *pl.* 1, *fig.* 6. *a. b.*

Ejusdem *Elaphre semi-ponctué.* Ibid., *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.*

*Elaphre aquatique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 218.

Ejusdem *Elaphre semi-ponctué.* Ibid., *pag.* 219.

*Cicindela aquatica.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 658. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 752.

*Le Bupreste à tête cannelée.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 157.

*Cicindèle à tête cannelée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 118.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 20, *fig.* 3.

Habitat cum præcedentibus.

ANNOTATIO. Linnæus in descriptione *Cicindelæ aquaticæ* strias capitis elytrorumque fasciam dorsalem lævem silet ; exinde distinctio *Elaphri aquatici* et *El. semi-punctati.*

## LXXX. GENUS. *BEMBIDION. Bembidion.*

*Cicindela*, LINN., DE GEER. — *Buprestis*, GEOFF. — *Carabus*, FAB., OLIV. — *Elaphrus*, FAB., OLIV., ILLIGER.

*Palpi* maxillares externi labialesque subulati, articulo penultimo maximo, incrassato, terminali minutissimo, acuto.

SPEC. 1. *BEMBIDION FLAVIPES. Bembidion flavipède.*

B. Thorace capite subangustiori, truncato-obcordato, æque lato ac longo, oculis valde prominulis ; corpore supra æneo, infra nigro-viridi ; elytris cupreo marmoratis, punctis duobus impressis in singulo, ad suturam ; palpis, basi antennarum pedibusque flavescentibus.

*Cicindela flavipes.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 658. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 750.

*Le Bupreste à quatre points enfoncés.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 158.

*Cicindèle à pattes jaunes.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 119.

*Elaphrus flavipes.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 245.

*Elaphre flavipède.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 34, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

*Elaphre flavipède.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 219.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 20, *fig.* 2.

Habitat in Europæ littoribus sabulosis.

SPEC. 2. *BEMBIDION RIPARIUM. Bembidion riverain.*

B. Thorace capite sublatiore, orbiculato-quadrato, latiore quam longo; elytris piceo-nigris, punctato-striatis; macula in singulo apicali, lævi, pallida, hyalina; pedibus rufescentibus.

*Bembidion gouttelette.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 223.

*Carabus riparius.* PAYK. *Monog. carab.*, *pag.* 91, *n°.* 56.

*Carabe riverain.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 14, *fig.* 162.

*Carabus guttula.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 208.

*Elaphrus guttula.* ILLIG. *Coleopt. Boruss.* 1., *pag.* 229.

Habitat in Europæ locis humidis.

SPEC. 3. *BEMBIDION LITTORALE. Bembidion littoral.*

B. Thorace capite sublatiore, truncato-obcordato; postice punctato et ad angulos excavato; corpore æneo-nigro; elytris punctato-striatis; singulo macula humerali, alia apicali obliqua, pedibusque rufis.

*Tab.* 6, *fig.* 10. *Auctum, cum longitudinis scala.*

*Bembidion des rochers.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 225.

*Le Bupreste quadrille à corcelet rond et étuis striés.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 151.

*Carabe littoral.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 9, *fig.* 103. *a. b.*; *et pl.* 14, *fig.* 103. *c. d.*

*Elaphrus rupestris.* ILLIG. *Coleopt. Boruss.* 1, *pag.* 230.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 40, *fig.* 6.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis sabulosis.

OBSERVATIONES. Puncta duo impressa a sutura, in linea tertia, variat maculis pallidioribus, pedibus obscurioribus. An *cicindela rupestris* Linnæi, *system. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 658? — *Elaphrus rupestris* Fabricii, *system. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 246?

SPEC.

Spec. 4. *Bembidion varium. Bembidion mélangé.*

B. Thorace capite sublatiore, truncato-obcordato, ad angulos posticos excavato; corpore æneo; elytris punctato-striatis, maculis plurimis, inæqualibus, pallido-lutescentibus; pedibus fuscis.

*Bembidion brûlé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 223.

*Le Bupreste noir à huit taches fauves.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 153.

*Carabus varius.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 14, *fig.* 165, *a. b. c. d.*

*Carabus ustulatus?* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 208.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 40, *fig.* 7.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis humidis.

Annotatio. Determinatio *Carabi ustulati* celeberrimi Linnæi difficultatibus plurimis scatet. *Carabum varium* Olivier idem esse opinantur Fabricius, Illiger. Præcedenti potius affinis, et ita sentiebat Geoffroi.

## STIRPS SECUNDA.

### GRAPHIPTERIDES. *GRAPHIPTÉRIDES.*

### LXXXI. Genus. *Anthia. Anthie.*

*Anthia*, *Web.*, *Fab.* — *Carabus*, *Linn.*, de *Geer*, *Olivier.*

*Labium* in ligulam ovalem ad palporum ejus articuli ultimi basin usque productum.

*Abdomen* ovale, convexum.

Spec. 1. *Anthia sex-guttata. Anthie six-taches.*

A. Thorace elytroque singulo maculis duabus villoso-lutescente-albidis; elytris lævibus.

*Anthia sex-guttata.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 221.

*Anthie six-taches.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 233, *pl.* 72, *fig.* 1.

*Carabus sex-guttatus.* THUNB. *Dissert. acad.*, *tom.* 3, *tab.* 10, *fig.* 3.

*Carabe six-taches.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 1, *fig.* 6.

DONOV. *Insect. of Ind.*, *n°.* 4, *tab.* 2, *fig.* 1.

Habitat in India Orientali.

SPEC. 2. *ANTHIA DECEM-GUTTATA. Anthie dix-taches.*

A. Atra; coleoptris novem sulcatis punctisque decem albis.

*Anthia decem-guttata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 221.

*Anthie dix-taches.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 234.

*Carabus* 10-*guttatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 669.

*Carabe à taches blanches.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 624, *pl.* 46, *fig.* 15, 16.

*Carabe dix-taches.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 2, *fig.* 15. *a.*; *et pl.* 9, *fig.* 15. *c.*

Habitat ad promont. Bonæ-Spei.

LXXXII. GENUS. *GRAPHIPTERUS. Graphiptère.*

*Cicindela*, DE GEER. — *Carabus*, THUNB., FORSK., OLIV. — *Anthia*, FABRICII.

*Labium* subquadratum, medio longitrorsum coriaceum, lateribus membranaceis, apice rotundatis, villosis, margine supero integro, non utrinque emarginato. *Antennæ* articulis tertio et quarto angulatis; tertio elongato.

*Abdomen* orbiculare, depressum.

SPEC. 1. *GRAPHIPTERUS MULTIGUTTATUS. Graphiptère moucheté.*

G. Ater; fronte, thoracis lateribus, coleoptrorum margine punctisque sexdecim, tomentoso-albidis; fascia marginali elytri singuli intus bidentata.

*Tab.* 6, *fig.* 11.

*Graphiptère moucheté.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 238.

*Carabus serrator.* FORSK. *Descript. anim.*, *pag* 77.

*Carabus multiguttatus.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 6, *fig.* 66.

*Anthia variegata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 233.

Habitat in Ægypto.

SPEC. 2. GRAPHIPTERUS TRILINEATUS. *Graphiptère trilinée.*

G. Ater; thoracis margine elytrisque albis; elytro singulo linea suturaque nigris.

*Graphiptère trilinée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 239.

*Cicindèle à bordures.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 629, *pl.* 47, *fig.* 5.

*Carabus trilineatus.* THUNB. *Dissert. acad.*, *tom.* 3, *tab.* 10, *fig.* 4.

*Carabe trilinée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 9, *fig.* 101.

*Anthia trilineata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 223.

FUESL. *Archiv. Insect. (versio gallica)*, *tab.* 47, *fig.* 6.

Habitat ad promont. Bonæ-Spei.

SPEC. 3. GRAPHIPTERUS EXCLAMATIONIS. *Graphiptère point d'exclamation.*

G. Ater; thoracis, elytrorum marginibus lineaque duplici, albis; linea externa interrupta.

*Graphiptère trilinée.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 10, *pag.* 88. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pl.* 72, *fig.* 2.

*Anthia exclamationis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 223.

Habitat in Barbaria, celeberrimus professor Desfontaines. Affinis *Carabo obsoleto* Olivier, *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35. *pl.* 5, *fig.* 60.

## STIRPS TERTIA.

### CREPITANTES. *BOMBARDIERS.*

*I. Thorax truncato-obcordatus, vel subquadratus. (Caput postice nullomodo aut vix attenuatum)* (1).

LXXXIII. Genus. *Brachinus. Brachine.*

*Brachinus, Web., Fab. — Carabus, Linn., Fab., Oliv. — Buprestis, Geoffroi.*

*Palpi* maxillares externi labialesque filiformes; articulo ultimo basi attenuato, *illis* conico aut ovato-cylindrico, *his* fere conico, aut subovato, subcompresso. *Labium* membranaceum, medio anguste longitrorsum coriaceo, margine supero recto, integro, angulis subprominulis; *menti* sinu medio edentato. *Tarsi* articulis integris. *Corpus* crassum; glandula ad anum tactu crepitante, fumante, vaporem urentem emittente.

Spec. 1. *Brachinus fumans. Brachine fumant.*

B. Ferrugineus; thorace late truncato-cordato (diametro transverso antico postico fere duplo majore, longitudinalem subæquante); elytris obscure cæruleo-nigris, obsolete striatis, inpunctatis, margine postico pallescente.

*Brachinus fumans. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 219.

*Brachine fumant. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 244.

Habitat in America, St. Domingo. Dom. Palissot-Beauvois.

Spec. 2. *Brachinus sclopeta. Brachine pistolet.*

B. Rubro-ferrugineus; thorace anguste truncato-cordato;

---

(1) Stirpis hujus genera characteribus e forma corporis ductis potius quam ex instrumentis cibariis dignoscenda; characteres enim illi primarii minutiose investigandi, sæpe fallaces.

elytris intensive subviridi-cyaneis, substriatis, vage punctatis, sutura basi ferruginea.

*Brachinus sclopeta.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 220.

*Brachine pistolet.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 244, *pl.* 72, *fig.* 4.

Frequens Parisiis, sub lapidibus, gregarius.

SPEC. 3. *BRACHINUS CREPITANS. Brachine pétard.*

B. Rubro-ferrugineus; thorace anguste truncato-cordato; elytris nigro-cæruleo-viridibus; abdomine nigricante; antennarum articulis tertio quartoque, apicibus exceptis, obscurioribus.

*Brachinus crepitans.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 219.

*Brachine pétard.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 243.

*Carabus crepitans.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 671. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 792.

*Le Bupreste à tête, corcelet et pattes rouges, et étuis bleus.* GEOFF. *Hist. des Insect*, *tom.* 1, *pag.* 151.

*Carabe pétard.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *p.* 103, *pl.* 3, *fig.* 18, 19.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *n°.* 5.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

OBSERVATIONES. Datur triplex varietas.

*Prima* Parisiis vulgatior, sequentibus fere dimidio minor, elytris sublævibus, obsolete striatis.

*Secunda* elytris subsulcatis, singulo lineis circiter octo elevatis.

*Tertia* Galliæ Australis incola, magnitudine præcedentis, at tota rubro-ferruginea, oculis nigris, elytris nigro-viridibus, aut obscure nigro-cæruleis, subsulcatis, quam in præcedente minus tamen, punctisque impressis, suturæ margine interno angustissime ferrugineo. Varietatem eamdem, aut *Brachinum sclopetam* pro typo speciali *Carabi crepitantis* habuit celeberrimus Olivier, *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 35, ut constat verbis sequentibus : « *il varie pour la grandeur ; ceux des provinces méridionales de la France sont une ou deux fois plus grands que ceux*

*des environs de Paris. ..... le dessous du corps et les pattes sont ferrugineux.* » *Carabum crepitantem* proprium Linnæi deinceps ita designavit : « *l'abdomen est quelquefois obscur.* » Forte *Brachinus sclopeta* cum B. *crepitante* conjungendus.

Spec. 4. *Brachinus bimaculatus. Brachine bimaculé.*

B. Antennis, capite pedibusque pallido-flavis ; thorace, abdomine elytrisque nigris ; elytris lineis septem elevatis, suturali marginalique exceptis, intervallis argute striatis ; puncto baseos, fascia magna transversa in medio, margineque pallido-flavis.

*Brachinus bimaculatus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 217.

*Brachine bimaculé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 244, *pl.* 72, *fig.* 3.

*Carabus bimaculatus. Linn. Mant., pag.* 532.

*Carabe bimaculé. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 2, *fig.* 16. *a. b. c.*

*Rœm. Gener. Insect., tab.* 7, *fig.* 3.

*Donov. Insect. of. Ind., n°.* 4, *tab.* 2, *fig.* 2.

Habitat in India Orientali.

Caput sæpius macula postica nigra; thorace supra utrinque, aut fere toto, ferrugineo. *Brachinus complanatus* Fabricii, *Carabus*ve *planus* Olivier. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 6, *fig.* 63, a *Carabo complanato* Linnæi valde diversus, iste nobis *nebria.*

### LXXXIV. Genus. *Cymindis. Cyminde.*

*Carabus, Fabricii.*

*Palpi* maxillares externi filiformes; *labiales* articulo ultimo securiformi. *Labium* medio coriaceum, apice subrotundato; *menti* sinu medio unidentato. *Tarsi* articulis integris.

*Corpus* depressum. *Thorax* truncato-obcordatus.

Spec. 1. *Cymindis humeralis. Cyminde humérale.*

C. Nigra, punctata, antennis, ore, thoracis elytrorumque

marginibus lateralibus, macula humerali, pedibusque rufis; elytris striatis.

*Carabus humeralis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 181.

*Carabus humeralis.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *pag.* 122.

*Carabus humeralis.* ROSS. *Faun. etr. mant.* 1, *pag.* 80.

*Carabe huméral.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 13, *fig.* 154.

*Lébie humérale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 249.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *fig.* 8.

Habitat in agro Pedemontano. A professore *Ré* illam accepi.

## LXXXV. GENUS. *LEBIA. Lébie.*

*Carabus*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Buprestis*, GEOFFROI.

*Palpi* subfiliformes; articulo ultimo subcrassiore, in maxillaribus externis subterete, in labialibus subovali. *Labium* late coriaceum, marginibus lateralibus membranaceis, ultra marginem superum non productis, margine hoc supero integro, recto aut subrotundato; *menti* sinu medio vix unidentato. *Tarsi* articulo penultimo in plurimis bifido. *Corpus* valde depressum. *Caput* postice paulum angustatum.

*I. Thorax brevis, sensim latior quam longior; abdomen fere perfecte quadratum. (Tarsorum articulus penultimus in omnibus bifidus.)*

SPEC. 1. *LEBIA CYANOCEPHALA. Lébie tête-bleue.*

L. Intensive cæruleo-viridis, antennarum articulo baseos, thorace, femoribus tibiisque rufis; elytris obiter punctato-striatis, intervallis vage punctulatis; geniculis nigris.

*Tab.* 6, *fig.* 12. *Aucta, cum longitudinis scala.*

*Lébie tête-bleue.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 247, *pl.* 72, *fig.* 5.

*Carabus cyanocephalus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 71. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 794.

*Le Bupreste bleu à corcelet rouge.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 149.

*Carabus cyanocephalus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 200.

*Carabe tête-bleue.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 3, *fig.* 24. *a. b. c.*

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, *tab.* 11, *fig.* 14.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 75, *n°.* 5.

Habitat in Europa, sub cortice arborum; in Gallia infrequens.

SPEC. 2. *LEBIA CRUX-MINOR. Lébie petite-croix.*

L. Nigra, antennarum articulis tribus primis, thorace pedibusque rufis; elytris obiter punctato-striatis, dimidio infero, regione scutellari excepta, maculaque subrotunda ad apicem flavescente-rufis; geniculis nigris.

*Lébie petite-croix.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 251.

*Carabus crux-minor.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 673. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 809.

*Le Bupreste chevalier rouge. Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 150.

*Carabus crux-minor.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 202.

*Carabe grand-croix.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 41. *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 16, *fig.* 2.

Habitat in Europa; Parisiis infrequens.

## *II. Thorax diametris fere subæqualibus, aut longitudinali majore.*

### *1. Penultimus tarsorum articulus distincte bifidus.*

SPEC. 3. *LEBIA ATRICAPILLA. Lébie à tête noire.*

L. Thorace; tam lato quam longo, aut paulo longiore corpore pallido-flavescente, capite nigro, ore thoraceque rufescentibus; elytris obiter striatis.

*Lébie tête-noire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 252.

*Carabus atricapillus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 673.

*Le*

*Le Bupreste fauve à tête noire.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag*, 153.

*Carabus atricapillus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 186.

*Carabe tête-noire.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 9, *fig.* 106. *a*, *b*.

Habitat in Europa, sub cortice arborum.

2. *Tarsi articulis omnibus integris.*

SPEC. 4. *LEBIA QUADRIMACULATA. Lébie quadrimaculée.*

L. Thorace quam longiore paulo latiore, ferrugineo; capite rugosulo, nigro, ore rufescente; elytris striatis, nigris, singulo maculis duabus pedibusque pallido-flavescentibus.

*Lébie quadrimaculée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 251.

*Carabus 4-maculatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 673. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 813.

*Le Bupreste quadrille à corcelet et étuis lisses.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 152.

*Carabus quadrimaculatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1., *pag.* 208.

*Carabe quadrimaculé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 8, *fig.* 89. *a. b. c. d.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 75, *n°.* 10.

Habitat in Europa, sub cortice arborum.

*Nota.* De synonymia emendata vide celeberrimum Illiger, *Coleopt. Bor.*, *pag.* 202-204.

SPEC. 5. *LEBIA TRUNCATELLA. Lébie troncatelle.*

L. Thorace quam longiore paulo latiore; corpore infra nigro, supra æneo-nigro; elytris substriatis, singulo sæpius punctis duobus tribusve dorsalibus impressis; marginibus externis pilis tribus, thorace utrinque duobus.

*Lébie troncatelle.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 253.

*Carabus truncatellus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 673. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 814.

*Carabus truncatellus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 210.

*Carabe tronqué.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 13. *fig.* 159. *a. b.*

Panz. *Faun. Insect.*, *fasc.* 75, *fig.* 12.

Habitat in Europæ quisquiliis; Parisiis frequens. Pili thoracis elytrorumque laterum mobiles, observante dom. Dufour, artis medicæ nec non Entomologiæ, Botanices, studiosissimo cultore.

## *III. Thorax subcylindricus aut subconicus ; caput postice valde attenuatum.*

### LXXXVI. Genus. *Odacantha. Odacanthe.*

*Odacantha*, Payk., Fab. — *Attelabus*, Linn. — *Carabus*, Olivier.

*Caput* postice subelongatum. *Thorax* subcylindricus.

Observatio. Instrumenta cibaria fere ut in *Lebiis. Tarsi* articulis integris.

Spec. 1. *Odacantha melanura. Odacanthe mélanure.*

O. Viridi-cærulea; antennarum articulis primis, elytris (apice excepto) pectore, pedibusque pallido-ferrugineo-rubris; thorace vage punctato; elytris punctis leviter impressis, dissitis, per strias obsoletas digestis; geniculis, tarsis antennisque (basi excepta) nigricantibus.

*Odacantha melanura.* Payk. *Faun. suec.*, *tom.* 1, *pag.* 169.

*Odacantha melanura.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 228.

*Odacanthe mélanure.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 255, *pl.* 72, *fig.* 6.

*Attelabus melanurus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 620.

*Carabe retréci.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 1, *fig.* 7. *a. b.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 10, *n°.* 1.

Habitat in Europa; Burdigalæ, D. D. Dargelas, Rodrigue.

LXXXVII. GENUS. *AGRA. Agre.*

*Agra*, FAB. — *Attelabus*, LINN. — *Colliuris*, DE GEER, OLIV. — *Carabus*, OLIVIER.

*Caput* postice valde attenuato-elongatum. *Thorax* subconicus (1).

*I. Penultimus tarsorum articulus bifidus.*

SPEC. 1. *AGRA CAJENNENSIS. Agre cayennoise.*

A. Ænea; thorace punctato; elytris bidentatis.

*Agra œnea.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 224.

*Agre bronzée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 257.

*Carabe cayennois.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 12, *fig.* 33.

Habitat in America Australi.

*II. Tarsi articulis omnibus integris.*

SPEC. 2. *AGRA SURINAMENSIS. Agre de Surinam.*

A. Brunnea, capite thoraceque nigris; antennis nigro alboque intersectis; elytris striatis, apice bidentatis; pedibus rufis.

*Attelabus Surinamensis.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 619.

*Colliure de Surinam.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 80, *pl.* 17, *fig.* 16.

Habitat Surinami.

Affinis *Agrœ rufipedi* Fabricii. Vide *Hist. nostram Insect., tom.* 8, *pag.* 257.

---

(1) Instrumentis cibariis a *Lebiis*, *Odacanthis*, *Agrœ* vix generice recedunt. *Palpi* labiales articulo ultimo magis elongato, ovali-teretiusculo. *Labium* longius productum, ad basin latius, postea angustatum, apice late coriaceum, margine supero truncato, recto, dente utrinque membranaceo, prominulo; *mento* tridentato.

SPEC. 3. *AGRA PENSYLVANICA. Agre pensylvanique.*

A. Nigra ; elytris rubris, basi punctato-striatis ; macula marginali, altera suturali, apiceque nigris ; pedibus rubris, geniculis nigris.

*Tab. 7, fig. 1. Aucta, cum longitudinis scala.*

*Attelabus pensylvanicus. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 620.*

Habitat in Pensylvania ; St.-Domingo. Dom. Palissot-Beauvois.

## STIRPS QUARTA.

### LONGOPALPATI. *LONGIPALPES.*

### LXXXVIII. GENUS. *DRYPTA. Drypte.*

*Drypta, LATR., FAB.—Carabus, ROSS.—Cicindela, OLIVIER.*

*Labrum* coriaceum, transversum, sublineare. *Mandibulæ* corneæ, recta porrectæ, elongatæ, angustæ, apice uncinatæ. *Maxillæ* corneæ, sub mandibulis longe protensæ, ad angulum rectum apice hamatæ, unco valde elongato, interne pectinatæ, spinis brevibus, corneis, numerosissimis. *Palpi* maxillares interni elongati, gracillimi, filiformes, articulis duobus, æque longis ; externi labialesque articulo ultimo crassiore, subconico, apice interno oblique truncato, præcedenti breviore. *Labium* corneum, ultra palporum originem productum, parvum, lineare, basi utrinque submembranaceo-unidentatum, apice tripili ; *mento* maximo, corneo, fere orbiculato, lunato. *Antennæ* articulo basilari earumdem longitudinis tertiam partem æquante, secundo minimo. *Tarsi* articulo penultimo bifido.

*Corpus* non admodum depressum. *Caput thoraxque* æque lata, abdomine multo angustiora, elongata. *Caput* triangulare. *Oculi* prominuli. *Thorax* subteres, antice paulo latior, aut subobcordato-cylindricus.

SPEC. 1. *DRYPTA EMARGINATA. Drypte échancrée.*

D. Cyanea, punctata, villosula; ore, antennis pedibusque rufis; thoracis medio linea longitudinali impressa; elytris punctato-striatis; antennarum articuli primi apice, tertii medio, fuscis.

*Tab. 7, fig. 3. Aucta, cum longitudinis scala.*

*Drypte échancrée. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 264, pl. 72, fig. 6. — Préc. des caract. génér. des Insect., pag. 75.*

*Drypta emarginata. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 230.*

*Carabus dentatus. ROSS. Faun. etrusc., tom. 1, pag. 222, tab. 2, fig. 11.*

*Cicindela emarginata. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 33, pl. 3, fig. 38. a. b.*

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 28, n°. 15.*

Habitat in Gallia, Italia; apud nos rarissima.

## LXXXIX. GENUS. *GALERITA. Galérite.*

*Galerita, FAB. — Carabus, DE GEER, OLIVIER.*

*Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo magno, compresso, securiformi. *Labium* medio coriaceum, marginis superi medio unidentato, dente truncato, bipili, lateribus membranaceis, ad apicem utrinque in dentem exsertis; *menti* sinus lunatus, medio unidentatus, dente emarginato. *Tarsi* articulo penultimo bifido.

*Corpus* non admodum depressum. *Caput* thorace angustius, ovatum, postice attenuatum, collo exserto. *Thorax* subcordatus, transverse postice truncatus, planus, angulis posticis prominulis.

SPEC. 1. *GALERITA AMERICANA. Galérite américaine.*

G. Nigra; antennarum articulo primo, thorace pedibusque ferrugineis; elytris nigro-cæruleis.

*Tab. 7, fig. 2.*

*Galerita americana. FAB. System. eleut., tom. 1, pag. 214.*

*Galérite américaine. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag. 261.*

*Carabé américain.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 107, *pl.* 17, *fig.* 21.

DRURY. *Illust. of. Insect.*, *tom.* 1, *pl.* 42, *fig.* 2.

*Carabe américain.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 6, *fig.* 72.

Habitat in America Septentrionali. E dono amicissimi Bosc.

XC. GENUS. *ZUPHIUM. Zuphie.*

*Carabus*, ROSS., OLIV. — *Galerita*, FABRICII.

*Palpi* maxillares externi labialesque; articulo ultimo paululum crassiore, præcedenti, majore; *illis* conico-cylindrico, *his* conico. *Labium* quadratum, medio coriaceum, apice recta truncato, dente utrinque membranaceo, exserto. *Tarsi* articulis omnibus integris.

*Corpus* valde depressum. *Caput* subtrigonum, collo exserto. *Thorax* subcordatus, postice transverse truncatus angulisque prominulis.

SPEC. 1. *ZUPHIUM OLENS. Zuphie odorante.*

Z. Rufum, subtilissime punctatum, capite (ore excepto) nigro; elytris obsolete striatis, fuscis, macula baseos, apicali communique ad suturam, rufis.

*Carabus olens.* ROSS. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *pag.* 217, *tab.* 5, *fig.* 2.

*Carabe odorant.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 11, *fig.* 126.

*Galerita olens.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 215.

*Galérite odorante.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 262.

Habitat in Italia, Gallia Australi, Burdigalæ.

SPEC. 2. *ZUPHIUM FASCIOLATUM. Zuphie fasciolée.*

Z. Intensive brunneum, valde punctatum; antennis, palpis, elytrorum fascia longitudinali et abbreviata, abdomine pedibusque rufis; elytris striatis.

*Carabus fasciolatus.* ROSS. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *pag.* 223, *tab.* 2, *fig.* 8.

*Carabe fasciolé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 13, *fig.* 155. *a. b.*

*Galerita fasciolata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 216.

*Galérite fasciolée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 262.

Habitat in Italia, Gallia Australi, Burdigalæ.

OBSERVATIO. Genus *Lebiæ* generi affine, antennis, palpis diversum.

## STIRPS QUINTA.

### MELANCHLÆNI. *MÉLANCHLÈNES.*

XCI. GENUS. *LICINUS. Licine.*

*Carabus*, *FAB.*, *OLIV.*, *ROSSI.*

*Antennæ* articulis omnibus cylindricis. *Labrum* transversum, breve, emarginatum. *Mandibulæ* apice truncatæ, subemarginatæ. *Palpi* maxillares externi et labiales articulo ultimo subsecuriformi, his præsertim. *Labium* exsertum, medio longitrorsum coriaceum, lateribus membranaceis, in dentem apice prominulis; *menti* incisura dente nullo.

*Corpus* elongatum, subæque latum, depressum. *Caput* obtusum. *Thorax* subquadratus, angulis rotundatis, marginibus antico posticoque, illo præsertim, in multis concavis.

*I. Thorax antice posticeque concavus.*

SPEC. 1. *LICINUS EMARGINATUS. Licine échancré.*

L. Obscuro-niger; elytris oculo nudo lævibus.

*Tab.* 7, *fig.* 8.

*Licine échancré.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 323, *pl.* 73, *fig.* 10.

*Carabe échancré.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 13, *fig.* 150.

*Carabus cassideus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 190.

*Carabus cassideus.* Illiger. *Coleopt. Bor.*, *pag.* 159.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 31, *fig.* 8.

Habitat in Europa, rarus.

Spec. 2. *Licinus agricola. Licine agricole.*

L. Niger; elytris punctatis; singulo lineis tribus elevatis; intervallis lineis duabus impressis.

*Licine agricole.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 323.

*Carabe agricole.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 5, *fig.* 53.

Habitat in Gallia Australiori.

Spec. 3. *Licinus silphoides. Licine silphoïde.*

L. Niger; elytris punctatis, subrugosis, singulo lineis novem impressis.

*Licine silphoïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 323.

*Carabus silphoides.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 190.

*Carabus silphoides.* Ross. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *pag.* 215, *tab.* 1, *fig.* 7.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 92, *fig.* 2.

Habitat in Gallia Australi, Italia; varietas præcedentis?

### *II. Thorax marginibus antico posticoque rectis.*

Spec. 4. *Licinus bipustulatus. Licine bipustulé.*

L. Niger; basi antennarum, pedibus, thorace coleoptrisque rubris; coleoptris macula suturali, postica, nigra, lunata.

*Licine bipustulé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 324.

*Carabus bipustulatus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 203.

*Carabe petite-croix.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 8, *fig.* 96. *a. b.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 16, *fig.* 3.

Habitat in Gallia, Germania.

XCII. Genus.

XCII. GENUS. *HARPALUS. Harpale.*

*Carabus*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAM., WEB. — *Buprestis*, GEOFF. — *Scarites*, OLIVIER.

*Antennæ* in plerisque articulis omnibus subcylindricis, basilari sequentibus haud triplo longiore. *Labrum* subquadratum. *Mandibulæ* acutæ, interne et ultra basin dentibus nullis validis. *Palpi* maxillares externi labialesque filiformes, articulo ultimo subcylindrico. *Labium* exsertum, medio longitrorsum coriaceo, lateribus membranaceis, apicibus in dentem prominulis; *menti* sinûs medio unidentato, dente sæpius apice emarginato.

*I. Abdominis basis margini postico thoracis magis minusve contigua, aut ab illo intervallo brevissimo tantum dissita, parte supera ultra scutellum non detecta; caput thorace aperte angustius.*

1. *Thorax per totam longitudinem abdomine angustior.*

A. *Thorax truncato-cordatus.*

SPEC. 1. *HARPALUS LEUCOPHTHALMUS. Harpale leucophthalme.*

H. Oblongus, ater, infra nitidior; antennarum articulo tertio elongato; elytris subtiliter punctato-striatis; femoribus posticis appendice trochanteriformi, acuta.

*Harpale leucophthalme.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 334.

*Carabus leucophthalmus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 668. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 784.

*Carabus spiniger.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *pag.* 114.

*Carabus planus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 179.

*Carabe spinifère.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 5, *fig.* 58; *et pl.* 12, *fig.* 58. *b.*

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 11, *fig.* 4.

Habitat in Europæ locis tenebrosis, cellariis, sylvis.

Spec. 2. *Harpalus pumicatus. Harpale poli.*

H. Oblongus, nigricanti-brunneus, antennis pedibusque rufescentibus; mandibulis porrectis; thorace linea dorsali impressa sulculoque utrinque postico; elytris punctato-striatis.

*Harpale poli. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 388.

*Carabus pumicatus. Illig. Coleopt. Bor.*, *pag.* 186.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *fig.* 16.

Habitat in Gallia, Germania, sub lapidibus.

Observatio. *Carabus tæniatus* Panzer (*Insect. Germ.*, *fasc.* 34, *fig.* 3), ejusdem *pavidus* (*fasc.* 73, *fig.* 6), harpalo *pumicato* affines.

Spec. 3. *Harpalus prasinus. Harpale verd.*

H. Viridis, glaber; elytris ferrugineis, macula dorsali postica communi, nigro-cyanea; pedibus rufo-pallidis.

*Harpale verd. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 337.

*Le Bupreste à étuis verds et bruns. Geoff. Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 148.

*Carabus prasinus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 206.

*Carabe verdelet. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 5, *fig.* 55.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 16, *fig.* 6.

Habitat in Gallia, Germania, sub lapidibus.

B. *Thorax suborbicularis, angulis posticis rotundatis.*

Spec. 4. *Harpalus marginatus. Harpale marginé.*

H. Supra cupreo-viridis; elytris striatis, limbo flavescente; stria secunda, a sutura, punctis duobus, tertia unico ad basin, impressis; tibiis pallidis.

*Harpale marginé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 340.

*Carabus marginatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 670. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 804.

*Carabus marginatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 199.

*Carabe marginé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 9, *fig* 98.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *fig.* 14.

Habitat in Europa.

ANNOTATIO. *Buprestis* Geoffroi *n°.* 11, ad harpalum *vestitum* potius quam ad istum referendus?

C. *Thorax subquadratus, angulis posticis acutis.*

SPEC. 5. *HARPALUS CINCTUS. Harpale ceint.*

H. Supra viridis, infra niger; thorace punctis plurimis profunde impressis, vagis, foveola utrinque ad angulos posticos; elytris punctatis, striatis, pubescentibus, limbo antennis pedibusque pallido-flavis.

*Harpale ceint.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 343.

*Carabus cinctus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 185.

*Carabe ceint.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 3, *fig.* 28.

HERBST. *Archiv. Insect.*, *tab.* 29, *fig.* 7.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *fig.* 7.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis humidis et sabulosis.

2. *Thorax antice abdominis latitudine, postice manifesto subabrupte angustior, subquadratus.*

A. *Corpus oblongum.*

SPEC. 6. *HARPALUS RUFICORNIS. Harpale ruficorne.*

H. Capite thoraceque nigris; elytris obscure nigricanti-brunneis, pubescentibus, punctulatis, striatis; thorace foveolis nullis posticis; antennis pedibusque rufis.

*Harpale ruficorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 348.

*Le Bupreste noir, velouté.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 160.

*Carabus ruficornis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag* 180.

*Carabe ruficorne.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 55, *pl.* 8, *fig.* 91.
Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 30, *fig.* 2.
Habitat in Gallia, Germania.

B. *Corpus ovale.*

Spec. 7. *Harpalus fulvus. Harpale fauve.*

H. Ferrugineus, subæneo-nitens; thorace postice rugosulo, utrinque biimpresso; elytris striis punctatis.

*Harpale fauve.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 342.

*Carabe fauve.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 101.

*Carabe concolor.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 35, *pl.* 12, *fig.* 136.

*Carabus fulvus.* Illig. *Coleopt.*, *Bor.*, *pag.* 172.

Panz. *Faun. Insect. Germ. fasc.* 39, *fig.* 10.

Habitat in Gallia, Germania.

3. *Thorax abdominis latitudine, antice paulo angustior, subtrapeziformis; vel æque latus, fere quadratus.* (*Corpus ovale aut ellipticum.*)

A. *Corpus dorso plano.*

Spec. 8. *Harpalus latus. Harpale large.*

H. Ellipticus, alatus, niger; antennis, basi saltem, pedibusque rufis; thorace antice subangustiore, postice punctulato; elytris striatis; striis secunda, tertia, quinta et octava, a sutura, punctis aliquot vage impressis.

*Harpale large.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 362.

*Carabus latus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 672. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 521.

*Le Bupreste noir à pattes brunes.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 161.

*Carabe large.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 100.

*Carabe flavipède.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 35, *pl.* 8, *fig.* 86.

*Carabus latus? Fab. System. eleut., tom.* 1, *pag.* 196.
*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 11, *fig.* 12.
Habitat Parisiis.

Spec. 9. *Harpalus striola. Harpale striole.*

H. Ovalis, ater, nitidus; thorace quadrato, magno, postice subangustiore, abdomine dimidio breviore, marginato, linea dorsali impressa, marginem posticum non attingente; foveolis utrinque duabus impressis ad angulos posticos: illorum marginibus plica adjecta non penitus discreta; elytris striatis, humeris acute longitrorsum elevatis.

*Harpale striole. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 366.
*Carabus striola. Fab. System. eleut., tom.* 1, *pag.* 188.
*Carabe déprimé. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°*, 35, *pl.* 4, *fig.* 46.
Habitat in Gallia, Germania, sub lapidibus.

Observatio. *Harpalus melanarius*, (*carabus leucophthalmus* Fab.) a præcedente distinctus corpore angustiori, minus plano, thorace postice fere cordato-quadrato, foveolis posticis rugosis, plica angulis posticis contigua plane discreta, linea dorsali impressa longiore, margines anticum posticumque attingente, defectu carinæ humeralis etc.

B. *Corpus dorso convexo.*

Spec. 10. *Harpalus tardus. Harpale paresseux.*

H. Supra niger, infra subfuscus, antennis, tibiis tarsisque brunneis; thorace foveolis nullis, margine postico abdomineque vage punctato-impressis; elytris punctato-striatis.

*Harpale paresseux. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 367, *pl.* 73, *fig.* 11.
*Le Bupreste paresseux. Geoff. Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 159.
*Carabus tenebrioides. Ross. Faun. etrusc., mant.* 1, *p.* 487.
*Carabe paresseux. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 6, *fig.* 61.
*Carabus gibbus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *pag.* 189.
*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 73, *fig.* 8.
Habitat in Galliæ et Italiæ campis; Parisiis frequens.

*II. Abdominis basis a thorace intervallo notabili remota, subpedunculata, pedunculo supra ultra scutellum detecto; caput corporis saltem latitudine.*

( *Scarites*, *Olivier*, *Illiger.* )

1. *Thorax quadratus, marginibus antico et postico ejusdem fere latitudinis.*

Spec. 11. *Harpalus megacephalus* *Harpale mégacéphale.*

H. Convexus, niger, nitidus, antennis, tibiis tarsisque rufo-brunneis; capite magno; fronte puncto utrinque impresso; thorace foveolis nullis posticis; elytris striatis.

*Harpale mégacéphale.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 368.

*Carabus megacephalus.* Ross. *Faun. etrusc. app.*, *pag.* 102, *tab.* 3, *fig.* H.

*Carabus megacephalus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 187.

*Scarites picipes.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 7.

Habitat in Gallia, Barbaria; Parisiis ab amicis Delavaux, Dufour, lectus.

Spec. 12. *Harpalus monilicornis.* *Harpale monilicorne.*

H. Planus, elongatus, aterrimus, nitidus; thorace utrinque ad angulos posticos impresso; antennis moniliformibus; elytris striatis.

Habitat in Americæ insulis; Maugé, Insectorum collector solertissimus, qui Oceanum Australe, cum navigatore Baudin perlustrans, occubuit.

2. *Thorax cordato-quadratus, aut late truncato-cordatus, postice paulo angustior, lateribus rotundatus.*

Spec. 13. *Harpalus nemoralis.* *Harpale némoral.*

H. Niger, nitidus; antennis articulis cylindricis, ultimis fuscis; thorace cordato-quadrato, vix latiore quam longiore, abdomine dimidio longiore, ad angulos posticos obtuso, excavato, fovea bisulcata plicaque margini externo adjecta, linea impressa dorsali;

abdomine subovali, duplo longiore quam latiore; elytris striatis, stria secunda, a sutura, puncto impresso postico.

*Var.* a. Pedes femoribus rufis.

*Harpale vernissé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 370.

Habitat in Galliæ sylvis. Haud diversus videtur *Carabus æthiops* Illiger, *Coleopt. Boruss., pag.* 161; Panzer, *Faun. Insect. Germ., fasc.* 37, *n°.* 22: individua nostra tamen majora.

SPEC. 14. *HARPALUS GAGATES. Harpale jayet.*

H. Niger, nitidus; antennis submoniliformibus, apice rufescentibus; thorace late truncato-cordato, antice dimidio latiore quam longiore, linea dorsali impressa, ad angulos posticos excavato, angulis acutis, prominulis; abdomine brevi, longitudine latitudinem paulisper tantum, (tertia parte) excedente.

*Harpale éthiopien.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 369.

*Scarites gagates*, (HELLW.) PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 11, *fig.* 1.

Habitat in Galliæ, Germaniæ sylvis.

Variat statura minore, pedibus abdomineque castaneis; et hæc varietas idem insectum ac *scarites piceus* Hellwigii, PANZ., ibid., fig. 2, *carabus madidus* Paykulii, *carabus terricola* Fabricii, *systematis eleuteratorum.*

3. *Thorax cordatus aut lunatus.*

A. *Thorax cordatus, longitudine latitudinem anticam æquante aut superante.*

SPEC. 15. *HARPALUS CEPHALOTES. Harpale céphalote.*

H Obscuro-niger, sublævis; antennarum articulis ultimis fuscis.

*Harpale céphalote.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 370.

*Carabus cephalotes.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 669. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 788.

*Carabus cephalotes.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 187.

*Scarite céphalote.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 10.

Frisch. *Insect.*, *tom.* 13, *tab.* 22.

Schæff. *Icon. Insect.*, *tab.* 11, *fig.* 1.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 83, *n°.* 1.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

B. *Thorax lunatus, latitudine antica longitudinem superante.*

Spec. 16. *Harpalus bucephalus. Harpale bucéphale.*

H. Niger, punctatus; capite magno, antice utrinque impresso; abdomine brevi (latitudine longitudinis dimidium superante); elytris punctato-striatis.

*Harpale bucéphale.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 372.

*Scaurus sulcatus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 122. — *Carabus interruptus*, ibid., *pag.* 187.

*Scarites clypeatus.* Ross. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *pag.* 228.

*Scarite bucéphale.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 3 *et* 5.

Habitat in Galliæ Australis, Italiæ terris sabulosis.

## XCIII. Genus. *Siagona. Siagone.*

*Cucujus*, Fabricii.

*Antennæ* subsetaceæ, articulo basilari conico, elongato; secundo tertioque subconicis, aliis cylindricis. *Labrum* transversum. *Mandibulæ* processu interno valido. *Palpi* maxillares externi articulo ultimo præcedente paulo majore, conico, compresso, apice utrinque oblique truncato, angulum efformante; *labiales* articulo eodem fere securiformi. *Labium* mento inclusum, quadratum, corneum, margine supero recta transverso, integro; *mento* magno, sinu lunato medioque unidentato, dente emarginato. *Corpus* valde depressum. *Thorax* lunatus. *Abdomen* ovale.

Spec. 1.

SPEC. 1. *SIAGONA RUFIPES. Siagone rufipède.*

S. Brunneo-nigra, punctata; thorace subsulcato; antennis pedibusque rufis.

*Tab.* 7, *fig.* 9.

*Cucujus rufipes.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 93.

Habitat in Barbaria; dom. Desfontaines, Durand.

ANNOTATIO. *Galeritæ* quædam Fabricii ad *Siagonas* forte revocandæ.

## STIRPS SEXTA.

### FOSSORES. *FOSSOYEURS.*

XCIV. GENUS. *SCARITES. Scarite.*

*Scarites*, FAB., OLIV., LAM. — *Tenebrio*, LINN. — *Attelabus*, DE GEER.

*Labrum* crenatum (dentibus tribus). *Mandibulæ* latere interno valide dentato aut processu dentiformi. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subtereti, præcedente breviore, aut vix ejus longitudine. *Labium* ultra mentum vix exsertum, plane coriaceum, breve, latum, concavum, a tergo hirsutum, margine supero late arcuatim emarginato, lateribus apicalibus in angulum prominulis. *Mentum* maximum, apice trifido, lateribus rotundato; dente medio intus incurvato, processu obtuso, malleoliformi, cavum labii medium occupante. *Antennæ* articulo basilari subconico, trium aut quatuor sequentium una mensorum longitudine.

*Thorax* plerumque lunatus, latus.

SPEC. 1. *SCARITES GIGAS. Scarite géant.*

S. Niger, nitidus; thorace lunato, utrinque postice unidentato; elytris lævibus, humeris unidentatis; mandibulis sulcatis, processu interno magno, dentato, apice acuto.

*Scarites gigas.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 123.

*Scarite géant.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 36, *pl.* 1, *fig.* 1. *a*, *b*, *c*.

*Scarite géant.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 375.

Habitat in Gallia Australiori, Barbaria.

SPEC. 2. *SCARITES SUBTERRANEUS. Scarite souterrain.*

S. Niger, nitidus; thorace lunato; mandibulis processu interno, valido, carinato, transverse striato, dentibus tribus obtusis; elytris striis lævibus; tertia, a sutura, punctis tribus impressis.

*Scarites subterraneus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 124.

*Scarite souterrain.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 4.

*Scarite souterrain.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 376.

*Attelabe laboureur.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 350, *pl.* 13, *fig.* 1, 2.

RŒM. *Gener. Insect.*, *pl.* 7, *fig.* 4.

Habitat in America. Ex dono amici Palissot-Beauvois.

SPEC. 3. *SCARITES SABULOSUS. Scarite sabuleux.*

S. Niger, nitidus; thorace lunato, postice utrinque subunidentato; elytris obsolete striatis; singulo postice puncto dorsali impresso (ad striam tertiam a sutura).

*Scarite sabuleux.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 8.

*Scarite sabuleux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 377.

*Scarites lævigatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 124.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 66, *fig.* 1.

Habitat in Gallia Australiori, Hispania, Italia. Ex dono dom. Durand, qui scaritum mores, speciei præsertim a *Carabo sulcato* Thunberg (*Dissert. acad.*, *tom.* 3, *pag.* 192, *tab.* 10, *fig.* 5), parum diversæ, in variis peregrinationibus, observavit.

## XCV. GENUS. *CLIVINA. Clivine.*

*Scarites*, *FAB.*, *OLIV.* — *Tenebrio*, *LINNÆI.*

*Labrum* margine antico indiviso. *Mandibulæ* dentibus

nullis internis, apprime conspicuis. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo cylindrico-ovali, præcedente longiore. *Labium* exsertum, medio longitrorsum coriaceum, liguliforme, apice obtuso, piloso; lateribus in dentem membranaceum prominulis. *Antennæ* articulo basilari cylindrico, duorum sequentium ad summum longitudine.

*Thorax* suborbicularis aut subquadratus.

### *I. Tibiæ anticæ externe dentatæ.*

SPEC. 1. *CLIVINA ARENARIA. Clivine arénaire.*

C. Nigricans vel brunnea; thorace subquadrato; frontis medio impresso; elytrorum striis punctatis.

*Tab.* 7, *fig.* 10. *Aucta cum longitudinis scala.*

*Clivine arénaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 379.

*Tenebrio fossor.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 675. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 817.

*Scarites arenarius.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 125.

*Scarite arénaire.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 1, *fig.* 6. *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 43, *n°.* 11.

Habitat in Europæ locis sabulosis et humidis.

### *II. Tibiæ anticæ, ut aliæ, externe dentibus obsoletis aut nullis.*

SPEC. 2. *CLIVINA GIBBA. Clivine bossue.*

C. Nigro-brunnea; thorace subgloboso; elytris punctato-striatis, apicem versus sublævibus; pedibus dilutioribus.

*Clivine bossue.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 379.

*Scarites gibbus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 126.

*Scarite bossu.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 36, *pl.* 2, *fig.* 16. *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 5, *fig.* 1.
Habitat in Galliæ locis sabulosis et humidis.

## STIRPS SEPTIMA.

### METALLICI. *MÉTALLIQUES.*

*I. Mandibulæ magnæ, extra labrum multo progressæ.*
*( Tibiæ anticæ latere interno emarginatæ. )*

XCVI. GENUS. *CYCHRUS. Cychre.*

*Cychrus*, FAB., PAYK. — *Carabus*, DE GEER, OLIV. — *Tenebrio*, LINNÆI.

*Labrum* profunde bidentato-emarginatum. *Mandibulæ* validæ, porrectæ, angustæ, latere interno sub apice bidentato, infra hirsuto-fimbriato. *Maxillæ*, ad latus internum et medium versus, processu membranaceo, lineari, fimbriato, dein angustæ, cylindricæ, interne spinosulæ, apice uncinatæ. *Palpi* maxillares interni articulo ultimo depresso, galeiformi, subsemiovali; margine externo arcuato et incurvo, interno subrecto, apice acuto. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo dilatato, valde compresso, concavo, securiformi, aut potius cochleariformi; isti ad basin coalescentes. *Labium* constans: 1°. e parte media minima, coriacea, forma tuberculi subtrigoni, apice bisetoso; 2°. e laciniis duabus membranaceis, angustis, apice acutis, in dentem pone palpos prominulis; *mento* quadrato - furcato, medio plano, lateribus convexis.

*Thorax* subcordatus, postice transverse truncatus. *Abdomen* ovale, elytris ad latera involutum.

SPEC. 1. *CYCHRUS ROSTRATUS. Cychre muselier.*
C. Niger, elytris argute punctato-rugosis.

*Cychrus rostratus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 165.

*Cychre muselier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 288, *pl.* 73, *fig.* 5, 6.

*Tenebrio rostratus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 677. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 823.

*Carabé noir à étuis collés.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 92, *pl.* 3, *fig.* 13.

*Carabe muselier.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 37.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 74, *fig.* 6.

Habitat in Europæ sylvis, sæpius sub lapidibus.

## XCVII. GENUS. *CALOSOMA. Calosoma.*

*Calosoma*, WEB., FAB. — *Carabus*, LINN., DE GEER, OLIV. — *Buprestis*, GEOFFROI.

*Maxillæ* apice incrassatæ, externe ad angulum rectum uncinatæ; palporum internorum articulo ultimo plane ultra illarum apicem exserto.

*Thorax* transversus, suborbiculatus. *Abdomen* quadratum, angulis rotundatis.

OBSERVATIONES. *Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subconico aut subtrigono. *Labium* breve, latum, corneum, medio antice carinatum, margine supero setoso, ad medium elevato, acuminato, dentiformi; lateribus coriaceo-membranaceis, apicibus dentiformibus; *menti* sinus medio unidentato: hi characteres *carabis* communes. *Palpi* maxillares externi articulo ultimo in istorum speciebus majoribus magis dilatato, subsecuriformi.

SPEC. 1. *CALOSOMA SYCOPHANTA. Calosome sycophante.*

C. Violaceo-nigrum; elytris aureo cupreove viridibus: singulo striis punctatis, sexdecim circiter; intervallis transverse obsolete intersectis, quarto, octavo, duodecimo, a sutura, punctis paucis impressis.

*Calosoma sycophanta.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 212.

*Calosome sycophante.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 301, *pl.* 73, *fig.* 8.

*Carabus sycophanta* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 670. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 790. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 95.

*Le Bupreste quarré, couleur d'or.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 144.

*Carabe sycophante.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 3, *fig.* 31.

RÉAUM. *Insect.*, *tom.* 2, *pl.* 37, *fig.* 18.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 81, *fig.* 7.

Habitat in Europæ sylvis.

Nota. *Carabus sycophanta* De Geer (*Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 105, *pl.* 17, *fig.* 19) ad *calosoma scrutatorem* referendus, ut opinatus est dom. Olivier.

SPEC. 2. CALOSOMA INQUISITOR. *Calosome inquisiteur.*

C. Infra viride, supra cupreo-nigrum, aut fere nigrum; elytro singulo striis sexdecim circiter, intervallis transverse subtiliter intersectis; quarto, octavo, duodecimo, a sutura, punctis paucis impressis.

*Calosoma inquisitor.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 212.

*Calosome inquisiteur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 299.

*Carabus inquisitor.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 669. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 789.

*Le Bupreste quarré couleur de bronze antique.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 145.

*Carabe inquisiteur.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 94.

*Carabe inquisiteur.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 1, *fig.* 3.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 81, *fig.* 8.

Habitat in Europa.

SPEC. 3. CALOSOMA SERICEUM. *Calosome soyeux.*

C. Æneo-atrum; elytris obsolete striatis, transverse, subtilissime, squamatim fere, intersectis; singulo punctis excavatis, viridibus, in serie triplici, longitudinali dispositis.

*Calosoma sericeum.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 212.

*Calosome soyeux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 302. — Ibid. *Calosome rechercheur, pag.* 301.

*Carabe rechercheur.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 8, *fig.* 88.

*Ross. Faun. etrusc., tom.* 1, *pag.* 205, *tab.* 1, *fig.* 3.

Habitat in Europæ sylvis; Parisiis, dom. Dufour.

## XCVIII. GENUS. *CARABUS. Çarabe.*

*Carabus*, LINN., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Buprestis*, GEOFF. — *Tachypus*, WEBER.

*Maxillæ* apice sensim hamato-arcuatæ.

*Thorax* truncato cordatus, vel subquadratus, margine postico concavo, angulis prominulis. *Abdomen* ovale.

SPEC. 1. *CARABUS CORIACEUS. Carabe chagriné.*

C. Obscuro-niger, thorace fere quadrato, subrugosulo; elytris rugosis.

*Carabus coriaceus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 668.

*Le Bupreste noir chagriné.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 141.

*Carabus coriaceus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 168.

*Carabe chagriné.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b.*

*Carabe chagriné.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 308.

SCHÆFF. *Icon. Insect. ratisb.; tab.* 36, *fig.* 1; *et* 141, *fig.* 1.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 81, *fig.* 1.

Habitat in Europa temperata et australi.

SPEC. 2. *CARABUS AURATUS. Carabe doré.*

C. Aurato-viridis, antennarum articulis quatuor baseos, ore pedibusque rufis; elytris margine externo cupreis; singulo costis tribus lævibus; abdomine nigro.

*Carabus auratus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 669. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 786.

*Le Bupreste doré et silloné à larges bandes.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 142, *pl.* 2, *fig.* 5.

*Carabe silloné.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 104, *pl.* 17, *fig.* 20.

*Carabus auratus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 175.

*Carabe doré.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 5, *fig.* 51. *a. b. c.; et pl.* 11, *fig.* 51. *d.*

*Carabe doré.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 316.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 81, *fig.* 4.

Habitat in Europa.

SPEC. 3. *CARABUS VIOLACEUS. Carabe violet.*

C. Niger; thoracis elytrorumque margine violaceo-cupreo; elytris subtilissime rugosulis, sublævibus; abdomine elongato-ovali.

*Carabus violaceus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 669. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 787.

*Carabus violaceus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 170.

*Carabe violet.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 39.

*Carabe violet.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 308.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 4, *fig.* 4.

Habitat in Europa.

SPEC. 4. *CARABUS PURPURASCENS. Carabe purpurin.*

C. Niger, thoracis elytrorumque margine violaceis; elytro singulo striis quatuordecim circiter; interstitiis punctorum impressorum linea; abdomine elongato-ovali.

*Le Bupreste azuré.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 144.

*Carabus purpurascens.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 170.

*Carabe purpurin.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 40.

*Carabe purpurin.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 310.

PANZ.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 4, *fig.* 5.

Habitat in Gallia, Germania; variat elytri cujusque striis tribus obsolete punctato-interruptis.

Spec. 5. *Carabus catenulatus. Carabe à chaînons.*

C. Niger, thorace elytrorumque margine violaceis; thorace latiore quam longiore, postice profunde emarginato; elytro singulo striis quatuordecim circiter; quarta, octava, duodecima, a sutura, interruptis; intervallis punctorum linea subrugosa distinctis; abdomine ovali.

*Carabus catenulatus. Scop. Entom. carn.*, *n°.* 264.

*Carabus catenulatus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 170.

*Carabus intricatus. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 1, *fig.* 11.

*Carabe embrouillé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 309.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 4, *fig.* 6.

Habitat in Galliæ Australis, Germaniæ, arboribus putridis. Variat colore nigro.

Spec. 6. *Carabus intricatus. Carabe embrouillé.*

C. Supra nigro-violaceus, infra niger; thorace angusto, diametris subæqualibus; elytris striis irregularibus, intervallis punctato-rugosis; elytro singulo lineis tribus elevato-catenulatis.

*Carabus intricatus. Linn. Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 780.

*Carabus cyaneus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 171.

*Carabe bleu. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 33, *pl.* 3, *fig.* 47.

*Carabe bleu. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 310.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 81, *fig.* 2.

Habitat in Europa : rarus in Gallia.

Spec. 7. *Carabus nemoralis. Carabe némoral.*

C. Niger; thoracis lateribus elytrorumque margine violaceis; elytris obscuro-cupreis, rugosulis; singulo punctorum excavatorum triplici serie.

*Carabe azuré.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 89.

*Carabus hortensis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 18.

